dubium ꝙ zanno.competebāt iura pro ea parte pro qua partici
pabat in ſocietate:tam contra ipſum Epiſcopum ꝙ̄ contra oēs
alios cum eo obligatos.Unde ſi diceremus ꝙ arbiter in adiudi
catione quā facit de nomine epiſcopi voluiſſet ſoluꝫ adiudicare
iura contra epm ⁊ ab aliis iuribus ſocietati cōpetētibus ex alio
dicto zanno.hoc nihil aliud eſſe quā voluiſſe priuarē annobiū
iure ſibi cōpetituro cōtra alios obligatos in euentū ꝙ eps non
ſolueret qđ non eſt dicendum.l.cum pater.§.hereditatem.ff.de
leg.ij.⁊ no.Bar.in.l.qui rome.§.duo fratres.ff.de ver.ob.in.j.⁊
ij.q.Imo etiam ſi in diuiſione eſſent appoſite clauſule de non cō
6 traueniendo ⁊ ſimiles vult Bar.ꝙ†per diuiſionem non cenſeaꝰ
remiſſum ius de futuro cuius opi.ſequuntur doc.qñ ius nō eſt
reciprocum prout in caſu noſtro eſt.Ideo potius eſt dicendum
ꝙ arbiter voluerit adiudicare zānobio iura cōtra alios obliga
tos prout de iure debebat:⁊ cōdēnare dictos Tha.⁊ Hier.ad
edendum iura predicta caſu quo opus ſit ceſſione ꝙ̄ priuare cū
iurib⁹ ſuis contra diſpoſitionē iuris. ¶ Cōfirmatur.Naꝫ arbi
tri in laudo dicunt ⁊ declarāt ꝙ de toto credito domini Cardi.
⁊ aliorum obligatorum quinta pars ſpectat ad dictū zanno.q̄
ſentētia declaratoria videꝰ eſſe eiuſdē affectus:ac ſi alij ſocij fuiſ
ſent ab arbitris cōdēnati ad aſſignandū dictā quītā partē.⁊ ſic
cum omnib⁹ iuribus cōtra alios obligatos prout in dicta ſnīa
declaratoria cōtineꝰ per tex.cū ibi no.in.l.in ſumma.ff.de re iu
di.⁊ in.l.quid tñ.§.ſi arbiter.ff.de arbi. ¶ Quibus tamē nō ob
ſtantibus cōtraria ſentētia videꝰ verior de iure ⁊ ꝓbabilior:pro
cuius veriori demōſtratione cōſiderādū eſt ꝙ in caſu noſtro nō
dr proprie facta diuiſio ſocietatis iter iſtos ſocios cū eſſent ſocij
⁊ duo ⁊ remanerēt in ſocietate.⁊ alter diſcedat arg.tex.in.l.actio
ne.§.dixim⁹.ff.ꝓ ſocio.Qr ſi fuiſſet facta diuiſio ſocietatis.Tūc
añ omnia de bonis exiſtētib⁹ in ſocietate debuiſſet ſatiſfieri cre
ditorib⁹ ſocietatis.l.omne es.ff.pro ſocio ⁊ reliquū fuiſſet diui
dendum:⁊ tunc facta adiudicatione nominis debitoris vni ex
ſociis forte cenſerenꝰ obligata iura contra alios obligatos.Sed
in caſu noſtro diciꝰ potius trāſactio facta qr laudum ꝓcedēte
cōpromiſſo dicitur tranſactio:vt in auꝰ.ſi vero cōtingerit.C.de
iud.et no.Bar.in.l.ſi ſocietatē.§.arbitror.ff.pro ſocio.⁊ not.in
c.quintauallis.extra de iureiurand.⁊ perinde eſt ac ſi ꝑtes cōue
niſſent ⁊ ſibi adinuicē ꝓmiſiſſent ꝙ laudatum eſt vt in dictis lo
cis Unde perinde eſt ac ſi dicti Thadeus ⁊ Hieronimus cōue
niſſent cū dicto zannobio ꝙ ꝓ omni ⁊ toto eo:⁊ pro omni parte
⁊ portione q̄ ſibi cōpeteret in ſocietate ipſi debeat hanc ſummā
4500.ducatorū que ſumma debeat ſibi ſolui prout in laudo cō
tinetur:⁊ inter cetera debeat ſibi dari inſolutū nomē epi:qui eſt
debitor ducatorꝫ.1500.De iuribus cōtra alios obligatos nihil
dictum eſt nec nos dicere debemus.l.ſi ſeruus.§.non dixit ꝑtor
7 ff.de acqui.here. ¶ Preterea†ſententia eſt ſtricti iuris ⁊ intelli
gitur ſimpliciter vt iacet:nec a iure īterꝑtationē recipit.l.Pau.
8 ff.de re iudi.l.j.C.ſi plures vna ſententia.Unde†ſentētia reſtitu
tionis in integ.ſuper principali non trahitur ad fructus qui ac
ceſſorie veniunt.l.ſi.§.ſi.ff.de condi.inde.licet reſtitutio fieri de
beat etiam ad fruct⁹.l.ſi minor.§.reſtitutio.ff.de mino.Et ꝑſer
tim qr arbiter habeat notitiā ꝙ ꝓ iſto debito eſſent alij obligati
de quib⁹ fecit mentionē in alia parte laudi.Et ideo veriſimile
eſt ꝙ ſi voluiſſet adiudicare dicto zannobio dicta iura ꝯtra ali
os obligatos illud exprimere ſciuiſſet ſicut fecit ī alia parte lau
di.arg.l.j.§.ſin autē ad deficientis.C.de cadu.tollē.Ex quo ptꝫ
ꝙ ītētio arbitri fuit adiudicare zannobio ſolū iura cōtra epm
abſqꝫ aliis iurib⁹ cōpetentib⁹ cōtra alios obligatos q̄ reſerua
re voluit dictis Thadeo ⁊ Hieronimo penes quos remanebāt
onera ſatiſfaciendi creditorib⁹ vt facili⁹ poſſent ꝯſequi debitū
ſumme debite a dño Cardi.de foiis pro quo ⁊ dictus eps ⁊ alij
obligati ſunt:nec in hoc diciꝰ grauari zānobi⁹:qr eſt alleuiat⁹ ī
dicto laudo in multis aliis.Et ꝑſertim qr hꝫ portionem ſuā ex
peditā ab omni ere alieno.Ideo ꝑiudiciū qđ ſibi reſultaret ex
eo ꝙ nō poſſet cōſequi ſuū creditū ꝯtra alios obligatos dꝫ cōpu
tari cū commoditate quā hꝫ vt liberetur ab omnib⁹ oneribus
ſocietatis.arg.l.de fideicommiſſo.C.de tranſac.Et preſertim:qr
de dicta ſumma.1500.non eſt debitor ſimpliciter Eps Malten
ſis.Sed eſt obligata autoritate apoſtolica ipſa eccleſia Malten
ſis que ſemper eſt ſoluendo:Et ſic cōſiderauit arbiter ꝙ nō erat
multum expediens zānobio habere iura cōtra alios obligatos
ꝓ dicta eccleſia a qua ſemper potuerit exigere debitū predictū
etiam ſine fideiuſſore.Et ſi fuiſſet diuiſio ſocietatis:q̄ etiaꝫ eſſe
poteſt qñ vnus ex ſociis recedit ab aliis:vt.§.manet.Iuſti.de ſo
cie.⁊ es alienum poteſt ſolui per remanētes in ſocietate:vel tāto
plus in diuiſione accipiēdo vel cautionibus iuxta id qđ habeaꝰ
in.l.omne es alienum cum ſequenti.ff.pro ſocio.cum ſim.Unde
in caſu noſtro:lꝫ dicto zannobio competeret pro eius rata credi
ti cōtra dñm Cardinalem contra obligatos omnes ꝓ do.Cardi
nali potuerūt cōuenire ꝙ epiſcopus Maltenſis obligatus pro
vno in.1500.ducatis contra quem competebant etiaꝫ iura aliis
ſociis:ꝙ dicta iura eſſent in totum dicti zannobij:⁊ ꝙ iura que
competebant contra alios obligatos eſſent in totum aliorum ſo
ciorū.Cum pro ratis eis tangētibus:tum etiam vt creditori
6 bus ſocietatis ſatiſfacerent.Et ſic ſicut†diuiſione rerum īmobi
lium vel mobilium cōmunium diuiſio fit per adiudicationē:qr
vna res integra attribuitur vni:⁊ ſit in totū vnius ꝙ̄ tū erat in
ſe pro parte.Et ſic alteri aſſignatur altera ꝓ rata ſua:q̄ nō erat
niſi pro parte iure ꝑmuta.vt.l.j.⁊ ibi no.C.cōmunia vtriuſqꝫ iu
di.⁊ in.l.ad officium.C.cōmuni diui.Ita in caſu noſtro Epiſco
pus Maltenſis erat obligatus pro.1500.ducatis:ſicut ⁊ alij om
nibus ſociis ⁊ zannobio ex credito do.Cardinalis habuit.1500.
ducatos.Et fuit dictus epiſcopus aſſignat⁹ in totum licet eſſet
cum aliis obligatus:et aliis fuerunt in totum aſſignati alij obli
gati quouſqꝫ certam ſummā extraherent.Unde iure permuta
tionis nomen debitoris quādo fuit totum effectū zannobij.Et
nomina aliorum obligatorū aliorum ſociorum quouſqꝫ coram
ratas exegerint vt in immobilibus ⁊ mobilibus dictū eſt:⁊ hoc
potuiſſent ſocij inter ſe facere.l.ſi nō fuerint.§.ſi vero.ff.ꝓ ſocio.
⁊ ſic potuit hoc facere arbiter qui laudauit ⁊ diuiſit dictum zan
nobium ab aliis ſociis:qm̄ diuiſio arbitri ratificata non eſt niſi
quedā tranſactio inter partes vt in auꝰ.ſi vero cōtigerit cum ibi
not.C.de iudi.⁊ per Bart.in.l.ſi ſocietatem.§ arbitrorum.ff.ꝓ
ſocio.Et per Canoniſtas in.c.quītauallis.de iureiurā.Fuit em̄
iſta diuiſio nominum obligatorū pro credito Reuerē.domini
Cardi.Unde non incōuenit zannobio ꝙ ſibi cōpetat nomē ſibi
aſſignatum in partem ⁊ nō ius cōtra alia nomina ſicut aliis cō
petit ius cōtra alia nomina ſibi aſſignata ⁊ nō cōtra epiſcopuꝫ
Maltenſem iure permutationis vt dixi per id qđ habetur in.d.
l.j.C.fami.erciſ.Preterea aliud nomē debitoris fuit aſſignatū
ab arbitro pro tota rata.1500.ducatorum zannobio cōſentiēti.
Undelicet non fuiſſet ſufficiens:non poteſt alterius ius petere:
vt in ſimili ꝓbatur in.l.a diuo pio.§.ſi pignora.cū glo.ī verbo
contentus ⁊ ibi Imo.⁊ do.Alexā.ff.de re iudi.⁊ per Bartho.de
ſaly.in.l.ordo.C.de execu.rei iudi.Preterea ſi zānobius exegiſſet
totū ab ipſo epo.Et alij ſocij ab aliis obligatis nihil exegiſſent
nō potuiſſent a zannobio aliud petere.Ita ecōtra non debet pe
tere zannobius a ſociis ſi exegerunt:⁊ ipſe non:qr periculum no
minum ſpectat ad eum cui fuerūt aſſignata.argu.l.j.C.de peri.⁊
commo.rei vendi.⁊ videnꝰ pro certo iſta carere probabili dubi
tatione.Preterea clarius conſtat ꝙ in zannobiū ſūt trāſlata iu
ra ſolum cōtra epm ⁊ nō cōtra alios obligatos ipſi zānobio cō
ditionaliter ſi ⁊ caſu quo intra.xv.dies non acceptet dictū epm
in debitorem:vt ptꝫ ex illis verbis ⁊ tūc ⁊ eo caſu poſitis in lau
do que faciunt conditionē:vt not.Bart.in.l.j.ff.de condi.⁊ de
mon.ergo a contrario ſenſu ſi zānobius acceptat intra.xv.dies
10 dictuꝫ debitorem:nihil ſibi eſt reſeruatum:qr†validum eſt arg.
a contrario ſenſu etiā in cōtractibus.l.inter ſocerū.§.cum inter
ff.de pac.dota.⁊ no.plene doc.in.l.j.ff.de offi.ei⁹.⁊ in.l.pecuniā.
ff.ſi cer.peta.qđ maxime procedit qñ in caſu contrario nō eſt ea
dem ratio:ſed cōtraria:vt dicit Bald.in.l.apud antiquos.C.de
fur.prout eſt in caſu noſtro.Nā ideo arbiter reſeruauit iura zan
nobio contra alios obligatos in caſu quo non acceptet dictum
debitorem:qr ipſe poſſet conſequi portionē ſuam in illo credito
dñi Car.de foiis:qr non acceptando dictū epm in debitorē vide
bat arbiter ꝙ ſibi nō erat ſatiſfactū.Et ideo reſeruauit iura cō
tra alios:ergo a contrario ſenſu voluit arbiter ꝙ acceptando di
ctum debitorem eſſet ſibi abūde ſatiſfactum de portiōe dicti cre
diti in illo nomine debitoris abſqꝫ eo ꝙ competerēt ſibi alia iu
ra cōtra alios obligatos:⁊ ideo ī iſto caſu acceptationis noluit
ſibi aliquod ius cōpetere cōtra alios obligatos.Preterea arbi
ter reſeruat iura zannobio in caſu in quo non acceptet dictū de
bitorem intra.xv.dies:que reſeruatio fuiſſet ſuperflua ⁊ fruſtra
torie facta ſi arbiter voluiſſet eidē zānobio cōpetere iura ꝯ alios
obligatos etiā in caſu acceptationis.Nam ſi arbiter voluiſſet ꝙ
zannobio

zannobio acceptãti nomẽ epi debitoris ſibi dati in ſolutum cõ-
peterent iura contra alios obligatos vna cũ dicto epo. Quis nõ
videt ꝙ ſi zannobius nõ acceptabat: multomagis reſeruabũtur
dicta iura ꝯ alios. Si enĩ in oẽm caſum. ſ. ſi acceptaret: & ſi nõ ac
ceptaret fuiſſent reſeruata iura zannobio: nõ erat opus exprime
re ꝙ reſeruarent ſibi iura cõtra alios obligatos ĩ caſum nõ acce
ptationis: & ſic talis reſeruatio fuiſſet ſuperflua. Qđ nõ eſt dicẽ-
dũ qꝛ vt dicit Bal. in rub. C. de ꝯben. emp. in ꝯctibus nedũ clau
11 ſula: ſed † nec etiã minimũ verbũ dꝫ eſſe ſine virtute aliqđ operã
di. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. & in. l. j. ff. de ꝯben. emp. cum ſim. Ex
quo enĩ reſeruauit ſibi in caſu nõ acceptationis ptꝫ manifeſte ꝙ
in caſu acceptationis noluit transferre dicta iura in zannobiũ.
Nã nõ eſt dubiũ ꝙ zannobio cõpetebant iura ꝯ oẽs obligatos
ꝓ portione ſua que iura ideo reſeruauit arbiter in caſu nõ acce-
ptationis: qui intellexit ꝙ in caſu acceptationis zãnobi⁹ debuit
ſolũ exigere ab epiſcopo & nõ ab aliĳs. Et ideo voluit exprimere
qđ futurũ eſſet in caſu non acceptatiõis: alias reſeruatio fuiſſet
ſupflua vt dixi. Et ex his vr̃ cõcludi poſſe ꝙ dictus zannobi⁹ ꝑ
acceptationẽ quã fecit de nomine dicti epi fuerit excluſus a iuri
bus ſocietati cõpetẽtibus cõtra alios cũ epo obligatos. & per cõ
ſequẽs nullũ intereſſe poteſt ꝑtendere cõtra dictos Thadeũ &
Hieronymũ qui illos liberauerunt q̃tum eſt reſpectu ſumme.
M. ccccc. in quibus tenebat̃ eps: ſi autẽ ipſi Thadeus & Hiero
nymus aliquid exegiſſent a dicto epo vltra dictos. M. ccccc. du
catos vel ab aliĳs obligatis vltra eorũ portiões. Tũc diceret̃ ob-
12 ſeruare diſpoſitionẽ laudi cuius † verba cũ ſint clara nõ indigẽt
interpretatione. l. ſi aliĳ. ff. de vſufru. leg. cũ ſi. Preterea arbiter
quo ad alia noĩa obligata vult ꝙ ſocĳ tm̃ teneant̃ eadẽ iura zan
nobio ꝯ alios obligatos duob⁹ cõcurrẽtibus. ¶ Primo ꝙ ipſi
exegerũt eorũ portiones ſibi debitas. ¶ Scđo ꝙ vltra dictas ex-
actiões factas aliqđ ſuperſit in quo noĩa ſint obligata. Igitur
ex hoc dat̃ intelligi ꝙ in caſu nr̃o cedere nõ tenebant̃: tũ qꝛ ex q̃
vno caſu ſunt cõdẽnati in alio nõ obligant̃. arg. l. maritus. C. de
ꝓcur. c. nõne de preſump. Tũ qꝛ cõſtat ꝙ arbiter voluit primo
ꝙ aliĳ ſocĳ prius exigerẽt ab aliĳs obligatis eorũ ratã quã tene-
rent̃ ad cedẽdũ aliqua iura ꝯ eos ꝓut clare ptꝫ ex dicto. c. laudi.
cuius v̑ba ſunt clara. Vñ nõ eſt alia interꝑtatiõe op⁹. Et ad ad-
ducta in ꝯriũ de facili patet rñſio ex ſupradictis. Et primo duꝫ
dicebat̃ ꝙ qñ dant̃ iura cõtra principalẽ trãſeũt etiã iura ꝯ fide
iuſſorẽ: rñdeo ꝙ hoc ꝓcedit niſi alr̃ actũ ſit vt dicit tex. in. l. vẽdi
tor. ff. de here. vel ac. ven. Sꝫ in caſu nr̃o arbiter noluit in zanno
biũ trãſferri iura niſi ꝯ ipm̃ Epm̃ ergo ꝯ alios cũ eo obligatos
nõ ſunt trãſlata. Et ſimilr̃ rñdet̃ ad aliud qđ v̑ba laudi debẽt
intelligi ſm̃ ꝙ cõuenit ſubiecte materie qꝛ hoc ꝓcedit in dubio.
Sed vbi arbiter noluit diſponere certo mõ ꝓut in caſu nr̃o ap-
paret ꝑ ſupradicta procedũt ſupius allegata. Silr̃ ad aliud dũ
dicebat̃ ꝙ nõ eſt veriſimile ꝙ arbiter noluerit preiudicare zan-
nobio in iuribus ſibi cõpetẽtibus cõtra alios obligatos. Nã lau
dũ iam rñdet: qꝛ arbitro viſum eſt cõmodius ſatiſfieri poſſe zã
nobio dando ſibi vnũ debitorẽ tm̃. Nec ꝑ hoc dr̃ ſibi preiudica-
tum: ex quo habuit alias cõmoditates vꝫ ꝙ Thadeus & Hie-
ronymus ſatiſfacere deberẽt omnibus creditoribus & q̃ plures
alias res facere. Igitur non dicitur in hoc leſus. arg. l. de fideicõ
miſſo cum materia. C. de tranſac. Laus deo. Bartho.

¶ Summarium.

☞ Hic tractatur de intellectu ſtatutorum diſponentium ꝙ forẽ-
ſibus ita communicentur beneficia ſtatuti ſicut in patria foren
ſis communicarentur ipſi ſubdito ſtatuti.

1 Statutum florentinum promittit ꝙ ad hoc vt forenſis gau-
deat beneficĳs ſtatutorum dicte ciuitatis debet preſtare ſatiſda-
tionem in cauſa conuentionis & reconuentionis intra quinq̃
dies vtiles a die petitionis. nu. 2.

3 Qui obſeruat tempus in ſtatuto appoſitum dr̃ formã ſeruare.

4 Qualitas adiuncta verbo intelligi debet ſm̃ tempus verbi.

5 Spes eſt ꝙ qui eſt potior in ſucceſſione ſeu qui poteſt eſſe: poſſi-
bile eſt ꝙ admittatur.

6 Filius ab hoſtibus captus impedit alios ſuccedere: propter ſpẽ
poſtliminĳ.

7 Spes & poſſibilitas impedit ſuccedere.

8 Verba ſtatutorum ſunt intelligenda prout in vltimis volunta-
tibus quibus magis equiparantur.

¶ Conſilium. xix.

¶ Dñs labia mea aperiat & ſpũs ſanctus illuminet intellectuꝫ.

In cauſa magnifici domi-
ni Pau. in ſucceſſiõe hereditatis Bernardini in bo
nis ſitis in ciuitate ſeu territorio Mãtue orit̃ noua
difficultas ex eo qꝛ do. Pau. tanq̃ forenſis nõ põt vti beneficĳs
ſtatutorũ ciuitatis niſi prout Mantuani in domicilio Magni
fici dñi Pau. poſſent vti bñficio ſtatutorũ illius loci. Vñ cum

1 hẽat domicilium originis in territorio Florentino vbi † eſt ſta-
tutũ ꝙ ſi forenſis voluerit vti beneficio ſtatutorũ ciuitatis Flo-
ren. debeat preſtare ſatiſdationem in cã conuentionis & recõuen
tionis certo tempore prout in eo diſponit̃. Vñ cõſului ꝙ ꝑſtita
dicta ſatiſdatione in ciuitate Mãtue poterat beneficio ſtatuto-
rũ dicte ciuitatis vti. Unde oritur difficultas. nam cũ ante pre-
ſtitã ſatiſdationẽ nõ poſſet ſtatutorũ beneficio gaudere. Aduer
ſarĳ de iure cõmuni ſucceſſerint Bernardo: qꝛ de iure cõmuni
preferuntur per text. in aut. defuncto. C. ad tertul. lꝫ ergo nunc
do. Pau. velit ꝑferri & vti beneficio ſtatutorũ vr̃ ꝙ non poſſit
ſucceſſionẽ iã q̃ſitã auferre arg. eius qđ no. gl. & ibi Bar. & ibi gl.
& doc. in. l. gallus. §. & qđ ſi tm̃. ff. de lib. & poſthu. & eius qđ not.
Bar. in. l. bonorũ. ff. rẽ ratã habe. cũ ſi. Videt̃ enĩ ꝙ debet preſta
re ſatiſdationẽ immediate poſt mortẽ Bernardini quo tpe req-
rebat̃ habilitas in ſuccedẽdo iuxta no. in. l. ſi titi⁹. ff. de teſta. mi
li. & in. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de nox. Et hoc videbat̃ dif
ficultatem facere concluſioni in conſilio firmate. ¶ Sed tñ his
non obſtantibus adhereo concluſioni in cõſilio firmate. Et pro
2 rñſione ad rõnem predictam premitto. † ꝙ ſtatutum Florẽtinũ
permittit ꝙ ad hoc vt forẽſis gaudeat beneficĳs ſtatutorũ dicte
ciuitatis dꝫ preſtare cautionẽ de iudicio ſiſti & iudicato ſoluen-
do in cã cõuẽtionis & recõuentionis intra quinq̃ dies vtiles a
die petitiõis. Vult ergo ſtatutum ꝙ intra dictuꝫ tẽpus preſtet̃.
Vñ ſatis eſt quod intra illud tempus preſtetur prout diſponit
3 ſtatutum † qui enim obſeruat tempus in ſtatuto appoſitũ dicit̃
formã ſeruare ita econtra. l. vniuerſas. & ibi Bal. C. de preci. im-
pera. offe. & per Bald. in. l. ſcire oportet. §. conſequens. ff. de excu.
tuto. ¶ Preterea ex quo requiritur preſtatio ſatiſdatiõis in cã
4 conuentionis & recõuentionis preſtari debet quando fit † quo-
niã qualitas adiuncta verbo intelligi debet ſm̃ tempus verbi.
d. §. ſi extraneus. & d. l. ſi titius. & per Bar. in. l. ex facto. in princi.
ff. de vulg. & pup. & in. l. fin. ff. ad trebel. ¶ Ex quib⁹ infero reſpõ
dendo ad difficultatẽ ꝙ delata fuit immediate hereditas domi
no Paulo ex forma ſtatuti ſub conditione ſi ſatiſdaret tempore
petitionis: prout in ſtatuto Florẽtino diſponit̃. Et ſic alter cui
dominus Pau. ex forma ſtatutorum preferri debet non potuit
5 interim ſuccedere: ex quo † eſt ſpes ꝙ alter q̄ eſt potior eo in ſuc-
ceſſione ſeu qui poteſt eſſe potior poſſibile eſt ꝙ admittat̃. Non
enĩ requirit̃ ꝙ tunc ſit potior: ſed aliquo adueniente caſu poſſit
eſſe potior: vt in. l. j. §. ſi quis ꝓximior. ff. vnde cogna. Ubi nõ na-
tus: qui ſi eſſet natus eſſet potior impedit ſequentem in gradu
donec eſt ſpes ꝙ naſcatur: hoc idem probatur in. l. ĳ. §. vtiq̃. ff.
de ſuis legi. & in. l. antiqui in prin. ff. ſi pars here. peta. Sed in ca-
ſu nr̃o eſt ſpes ꝙ ſuccedat & ſit potior preſtita ſatiſdatione poſt
petitionem: vt in ſtatuto: igitur impedit ſequentem ſuccedere. ꝑ
hoc eſt tex. in. l. ĳ. ff. vnde legi. Ubi non ſolũ poſthumus anteq̃
6 naſcatur impedit alios ſuccedere. Sed etiam † filius ab hoſtib⁹
captus propter ſpem poſtliminĳ impedit alios ſuccedere. Ita
7 in caſu noſtro † ſpes & poſſibilitas impedit alios ſuccedere. & ſic
nullum fuit ius queſitum matri vel ſorori: & hoc ſolum ſuffice-
ret. Sꝫ tñ iterũ cõſidero ꝙ ſtatutum florentinum multum cla-
re vult ꝙ quilibet forenſis vti poſſit beneficĳs ſtatutorum: ſed
grauat q̃ teneatur & debeat ſatiſdare tempore petitionis &c. Vñ
ſtatutũ nõ cõditionaliter ſed ſub modo defert beneficia ſtatuto
rũ: ex quo admittit petitiones iuxta formam ſtatutorum. ¶ Se
cundo loco grauat ꝙ ſi vult vti debeat ſatiſdare &c. De cui⁹ mo-
di natura eſt ꝙ perfecte anteq̃ impleatur conferat beneficium.
Sed modo poſtea non ſeruato: collatio beneficĳ reſoluitur vt
declarat Barto. in. l. quibus diebus. §. termilius. ff. de condi. et
demon. Conditio autem ſuſpendit donec preſtatur: vt ibi habe
tur. Igitur ſtatutuꝫ ꝙ quilibet forenſis vti poſſit beneficio ſta
tutorum dummodo poſtea tempore petitionis preſtet ſatiſda-
tionem prout in ſtatuto diſponitur. Potuit igitur dominus
Pau. hereditatem acceptare. Sed tenetur tempore petitionis
ſatiſdare. Alias dicta acceptatio nõ iuuaret eũ. Ex hoc etiã con
8 cludit qm̃ † verba ſtatutorũ ſunt intelligenda prout in vltimis
voluntatibus q̄bus magis equiparantur vt voluit glo. quã mul
tũ ibi notat Bar. in. l. j. C. de his qui. vt indi. & Bar. in. l. in agna
tione. ff. ad ſille. & Bar. in. l. nõ ſolũ. §. morte. in vlti. col. ff. de no
ui ope. nun. cũ ſimi. ¶ Confirmo etiã ex his que dicit do. Pau.
de caſt. in ſimili ſtatuto. in. l. vniuerſa. C. de precib. impe. offe. vbi
vult ꝙ ſatiſdatio etiã tũc ſit ꝑſtãda ſi petatur a parte: cuius in-
tereſſe arg. glo. j. dum dicit ſi aduerſarius poſtulat. Ad idẽ text.
in. l. peto. §. fretre in verbo ſi cautio nõ fuerit poſtulata. ff. de le.
ĳ. Et ibi idẽ dicit Pau. de ca. Idem Raph. cuma. in. l. de pupil
lo. §. qui ꝓcuratorio in glo. j. ff. de no. oper. nun. Et ſic patet qđ
ſtatutum primo confert beneficia ſtatutorũ. Secũdo grauat vt
ſatiſdatio preſtetur: & ſic ſtatutum requirit ſatiſdationem ꝑ viã
modi poſt queſitum beneficium ꝙ reſoluitur ſi non ſeruetur ſꝫ
Bart. in. d. §. termilius. Laus deo. Bartholo. ſoci. ſen. &c.

¶Summarium.

☞An valeat teſtamentum factum tempoꝛe quo teſtatoꝛ erat bal
butiens ⁊ difficulter loquebatur ⁊ ſtatim moꝛtuus eſt: ⁊ q̃plu
ra alia in hac materia.
1 Geminatio actus magis oſtendit voluntatem.
2 Ille qui liti renuntiauit intelligitur fateri ſe non habere ius.
3 Hereditas non poteſt adiri ex teſtamento nullo: ⁊ non dicitur
dominium tranſlatum.
Item ex ſolo titulo nullo modo transferẽ dñium ſine traditiõe.
4 Creditoꝛ debet rem poſſidere ⁊ pignoꝛi incumbere donec ſibi
de debito ſatiſfiat q2 res nõ obligata non põt retineri ꝑ debito.
5 Creditoꝛ qñ retinet pignus pꝛo debito non poteſt facere fructꝰ
ſuos: quia reciperet pꝛo debita pecunia: ⁊ ſic eſſet vſura.
6 Verbum tenebitur extenditur ad futura.
7 Iuramentum non debet eſſe iniquitatis vinculum.
8 Genus mulierum auariſſimum eſt.
9 Lex ſi vnq̃. C. de reuo. dona. ad hoc ꝙ habeat locum debent oĩa
bona eſſe donata ad minus dimidia.

¶Conſilium. xx.

¶Dñs labia mea aperiat ⁊ ſpũs ſanctus illuminet intellectuȝ.

In facto pꝛeſupponitur ꝙ
quidã Barthol. de melaria cõdidit teſtm̃: in quo re-
liqt ſer zãnotto qdã bona immobilia: ⁊ inſtituit he-
redes tres filios Mariã vcȝ Iacobũ ⁊ Floꝛiſdianã demũ cũ tu-
toꝛes dictoꝛũ filioꝛũ aſſererẽt teſtm̃ nõ valere: nec de volũtate te-
ſtatoꝛis ꝓceſſiſſe ꝓut ex quodã examine in alia cã apparet cum
ſuꝑ dicto teſtõ coꝛã magiſtratibus cõtenderenẽ. Dictus ſer zan-
nottus in preſentia dñoꝛũ rectoꝛũ dictis tutoꝛibus renũciauit
antedicto teſtõ in eius beneficiũ facto ac ſi nunq̃ factũ fuiſſet:
ac ẽt inueſtitioni cuiuſdã liuelli hac tñ ɔditiõe ꝙ ipſe zannottꝰ
intelligaẽ in poſſeſſiõe manere vſquequo habeat totũ id in quo
hereditas ſupradicti Bartholomei eidẽ de iure tenebaẽ. Demũ
poſt de anno. M.cccclxxxj. ꝑ do. Poteſtatẽ die. xxviij. Iunij ſta
tutus fuit terminus. d. zãnotto ad liquidãdũ oẽ creditũ qd̃ ha-
bebat in dicta hereditate ad inſtãtiã ſer Laurẽtij in preſentiarũ
Albertini tutoꝛis ⁊ curatoꝛis. Fuerũt etiã ſequeſtrati fructus
eadẽ die in manibꝰ colonoꝛũ ad inſtantiã zãnotti. Deinde ma-
ria aſſerens dictũ zãnottũ eſſe creditoꝛẽ renũciauit ſibi liti ⁊ ap-
pꝛobauit teſtm̃ patris: ac etiã in oĩbus ⁊ per oĩa ꝓut in teſtõ ⁊
inueſtitura cõſtituit: ⁊ ꝓmiſit obſeruãtiã ⁊ iurauit p̃ſupponiẽ
etiã ꝙ moꝛtua eſt ab inteſtato. Quibus ſuppoſitis vt. s. ¶Pri-
mo videbimus de iuribus Floꝛiſdiane ɔ dictũ zãnottũ. ¶Se-
cũdo diſcutiemus ſi qd iuris cõpetit dicte dñe marie. ¶Capio
pꝛimũ ⁊ ſuppono in pꝛimis. ſ. ꝙ dicte filie ſeu tutoꝛes ⁊ agnati
pꝛolis repꝛobauerũt teſtm̃ tanq̃ nõ factũ legitime: ſȝ ipſo Bar-
tholomeo exiſtẽte in articulo moꝛtis ⁊ nõ recti ſenſus. Sic ergo
litigatũ fuit ſuꝑ dicta hereditate a filiabus inſtitutis ⁊ dictũ te-
ſtm̃ nõ valere cõtra ſer zannotũ legatariũ de neceſſitate cenſetur
adita hereditas ab inteſtato ꝑ ipſas filias: q2 iſta fieri nõ pote-
rãt citra ius ⁊ nomẽ heredis: vt eſt caſus in dicẽte teſtm̃ nullũ in
l. ſuus. C. de repudiã. here. ⁊ ꝑ illũ tex. dicit bar. in. l. gerit. in rep.
in. iij. q. pꝛin. ff. de acq. here. hoc idẽ ptȝ in ſcd̃o loco qñ maria ⁊
Floꝛiſdiana litigauerũt ɔ ſer Vgonẽ no. q2 dixerũt teſtm̃ nullũ:
q2 factũ in articulo moꝛtis ⁊ ab homine nõ ſane mẽtis. Ex quo
actu dicẽdi nullũ teſtm̃ p̃dictũ foꝛtius oſtẽdiẽ aditio hereditatꝫ
1 ab inteſtato. †Cũ geminatio actus magis oſtendat voluntatẽ. l.
cũ ſimus: ⁊ ibi bar. C. de agri. ⁊ cẽ. lib. xj. ⁊ in auẽ. ſiue a matre. cuȝ
ſimi. C. ad velle. Et ptȝ q2 etiã examinati ſunt teſtes quoꝛũ vnꝰ
dicit ſe nõ intellexiſſe qd rñderet: q etiã ſimul cũ tribus alijs di-
cũt ꝙ cũ difficultate loquebaẽ ⁊ balbutiebat ⁊ erat multũ gra-
uatus adeo ꝙ parũ poſt moꝛtuus eſt. Et ꝙ in p̃ſentia teſtatoꝛis
teſtm̃ nõ fuit dictatũ. Sed nota. poꝛtauit ſcriptũ ⁊ legit ⁊ inter-
rogauit an ſic vellet. q cũ difficultate rñdit ſic. ⁊ ꝙ balbutiebat.
Quibus ſtãtibus ɔcludo teſtm̃ nõ valere: ꝓut his cõcurrẽtibus
determinat Io. an. in addi. ſpe. poſt Albertũ papieñ. in tit. de te
ſta. §. in pꝛimis. v̄. qd ſi is in addi. q̃ incip. Pylleus: quẽ intelle-
ctũ Lud. ro. in cõſi. cccvj. ad ſi. tȝ. Et tenẽt Pet. ⁊ Cy. in. l. in he-
mus. limitã do ibi no. C. de teſta. ⁊ eſt de mẽte Bal. ibi in vl. col.
Et ſeq videnẽ do. Alex. ⁊ Moder. peru ſini. Idẽ tȝ Pan. de ca.
in. l. hac cõſultiſſima. §. at cũ humana fragilitas. C. q teſta. face.
poſ. ⁊ Pau. de ca. in cõſi. ccclxvj. incip. Viſo pũcto ⁊ alle. Et ita
intelligẽdo ẽt dicit Io. an. ⁊ ſequiẽ do. Pau. de caſ. in. l. j. §. ſi qs
ita. ff. de v̄. ob. ⁊ ibi hãc opi. ſequutus fui legẽdo ⁊ ſic remanent
quinq̧ teſtes q nõ ſufficiũt ad teſtm̃. l. hac cõſultiſſima. C. de teſ.
⁊ ſatis eſt ẽt ꝙ vnꝰ teſtis cõtradicat teſtõ ſi ẽ de neceſſarijs adeo
ꝙ ſine eo nõ remanet ſufficiẽs numerꝰ: vt cõcludit Bar. in. l. j. §.
ſi qs negat. ff. quẽad. teſta. ape. Et ſequunẽ ibi doc. cõiter. ⁊ In-
no. ⁊ cõiter doc. in. c. Ioannes. de fide inſtru. Sed demptis qua-
tuoꝛ teſtibꝰ remanẽt quinq̧: ⁊ ſic nõ remanet numerꝰ ſufficiẽs.
Igiẽ ⁊c. Itẽ vnus ex quinq̧. ſ. Cãbius cõtradicit etiam teſtõ ⁊ eſt
varius ab alijs q2 dicit ꝙ teſtatoꝛ inſtituit ſer zannottũ vniuer-
ſalẽ heredẽ oĩum bonoꝛũ ſuoꝛũ cuius ɔriũ ɔtinetẽ in teſtõ: ⁊ ſic ẽt
ꝑ iſtũ teſtm̃ repꝛobaẽ. Itẽ eſt varius: ⁊ ſic non ꝓbat. l. q falſa vel
varia. ff. de teſti. Itẽ alius. ſ. Marcus dicit falſum ꝙ cõmẽdauit
vxoꝛẽ ꝙ minime eſt veriſimile: cũ iã etiã eſſet moꝛtua. Poſtremo
oẽs cõcoꝛdãt ꝙ ſcriptura tantũ fuit lecta ⁊ ꝙ ibi nihil fuit oꝛdi
natũ. Itẽ ꝓbaẽ ꝑ maioꝛẽ numerũ teſtiũ ꝙ balbutiebat. Itẽ per
aliquos ꝙ erat grauiter grauatus: ⁊ parũ poſt moꝛtuus eſt qui
bus alij in hoc nõ cõtradicũt: ſȝ tm̃ ꝙ rñdit ſic. Ex qbus etiã ꝓ-
batur teſtm̃ nõ valuiſſe ex defectu intellectus per doctrinas p̃al-
legatas. Et p̃ſertim cũ ex facie teſtamẽti appareat veriſimiliter
factũ nõ ab homine ſane mẽtis: ex quo pꝛiuauit filias fere oĩbꝰ
bonis illa legãdo ſer zannotto q duxit nota. cũ teſtõ ſcripto. ar.
eius qd̃ no. in. l. furioſum. C. qui teſt. face. pñt. Vñ ex his ſine ali-
qua heſitatiõe pꝛobaẽ teſtm̃ nõ valuiſſe. Et ſic mirã dũ eſt dictũ
iudicẽ pꝛonũciaſſe in fauoꝛẽ legatarij: cuius ſnĩa ꝑfecto fuit in-
iuſtiſſima nec p̃iudicat in alijs cauſis iuxta not. in. l. ſepe. ff. de re
iudi. vbi late do. Alex. Ex qbus oĩbus cõcludo dictas filias fuiſ
ſe heredes ab inteſtato quelibet pꝛo tertia parte: cũ tres eſſent fi-
lie ex filio vt in auẽ. in ſucceſſione. C. de ſuis ⁊ legi. Ex qbus ſeq-
tur ꝙ cũ moꝛtua fuerit Iacoba abĩteſtato ſibi ſucceſſit Maria
pꝛo dimidia ⁊ Floꝛiſdiana in alia dimidia: vt in auẽ. ceſſante. C.
de legi. here. ⁊ in coꝛpoꝛe vñ ſumiẽ: ⁊ ſic iura ⁊ bona hereditatis
quondã Bartholomei ꝓ dimidia hodie ꝑtinerẽt ad Floꝛiſdia-
nã: ⁊ ꝓ dimidia ad Mariã. Ex quibus infero ꝙ facta renũcia-
tiõe per ſer zannottũ dicendũ eſt teſtm̃ fuiſſe nullũ ꝓut dicebaẽ
ꝑ filias ⁊ heredes Bartholomei. Nã cũ cõtendereẽ occaſione di
cti teſtamenti coꝛã magiſtratibus victus ſer zannottus renũtia-
uit dicto teſtõ in eius beneficiũ facto tanq̃ ſi nũq̃ factũ fuiſſet.
Ex qua oꝛiẽ exceptio pacti de nõ vtendo dicto teſtõ ⁊ litis finite
ſuꝑ dicto teſtõ: vt eſt caſus ⁊ ibi Bar. ⁊ alij in. l. poſtq̃ liti. C. de
pac. Ex quo ergo renunciauit dicto teſtõ coꝛã magiſtratibus: ⁊
ſic noluit vti dicto teſtõ d2 cõfeſſus dictũ teſtm̃: qd̃ in dubiũ re-
uocabaẽ non eſſe verũ. caſus eſt notandus in. l. ſi aduerſus. C. de
fide inſtru. Et ibi hoc tenent Bal. Saly. ⁊ oẽs dicentes illũ tex.
eſſe ſingularem ⁊ non eſſe alibi. Et dicit ibi Saly. ꝙ ſatis eſt qd̃
ſimpliciter allegaretur non valere lȝ aliquo modo nõ pꝛobareẽ.
Et hoc idem tenet Specu. in titu. de inſtru. ediẽ. §. inſtrumẽtũ.
ver. Item opponitur ꝙ aduerſarij. ⁊ Bald. in. l. nec quiſq̃. ff. de
2 eden. Cõfirmãt hoc Bal. ⁊ Saly. poſt Nico. de mata. †q2 ille q
liti renunciauit intelligitur fateri ſe nõ habere ius. arg. l. poſtq̃
liti. C. de pac. l. deſtitiſſe. ff. de iudi. hoc etiam voluit Bal. in. d. l.
poſtq̃ liti. in. iiij. ⁊ v. oppo. vbi pꝛo hoc allegat glo. in. l. ſi mari-
tus. §. ſi negauerit. ff. de adul. ⁊ ita etiã voluit Areti. ⁊ ibi late di
xi in. l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acqui. poſ. circa lecturaȝ
ſcd̃am. ⁊ iſta multum iuuanẽ ex diſpoſitionibus teſtiũ poſtea re
ceptoꝛum in alia cauſa: de quibus ſupꝛa. Ex quibꝰ infero in ꝓ-
poſito ꝙ cõtra dictum ſer zannotũ teſtm̃ pꝛobaẽ fuiſſe nullũ. ⁊ ꝑ
conſequens dñium dictoꝛũ bonoꝛũ relictoꝛum trãſlatũ nõ fuiſ-
ſe in dictum ſer zannottũ: ſed ſemper fuiſſe ⁊ eſſe apud filias he-
3 redes dicti Bartholomei: †nam ex quo ex teſtõ nullo nõ poteſt
adiri hereditas non dicitur dñium trãſlatũ iuxta no. in. l. ſi tibi
homo. §. cum ſeruus. ff. de leg. j. Itẽ ex ſolo titulo nullo mõ tranſ
fertur dñium ſine traditione. Tamẽ añ ſequutã traditionẽ du-
bitatur an dñium transferaẽ ſi traditio fiat a dño iuxta no. in. l.
eleganter. in pꝛin. ⁊ ibi per glo. ff. de dolo. Item hic nullus pꝛo-
batur titulus. Ita etiã tranſlatũ dñium: vt in. l. nunq̃ nuda. ff.
de acquir. re. do. Item ex quo agimus de tranſlatione dñij ex ſo-
lo titulo legati: ⁊ ille eſt nullus non diciẽ trãſlatum dñium ſicut
dicimus in ſimili qñ agimus de trãſlatione poſſeſſionis ex ſolo
titulo non transfertur ex titulo nullo: vt voluit Bar. ⁊ ibi clarꝰ
do. Alex. in. l. j. §. ſi vir vxoꝛi. ff. de acqui. poſ. Vñ cõcluditur ꝙ fi
lie ⁊ heredes dicti Bartholomei ſemper dñe fuerunt dictoꝛũ bo
noꝛũ. Poſtremo etiã ɔſidero ꝙ dictus ſer zannottus intelligaẽ
in poſſeſſione manere vſq̧quo habebat id in quo hereditas ſu-
pꝛaſcripti Bartholomei ei de iure tenebaẽ. Iſta autẽ cõtẽtio cõ
4 uenit ɔtractui pignoꝛis ꝙ †creditoꝛ debeat rẽ poſſidere ⁊ pigno
ri incũbere donec ſibi de debito ſatiſfiat: alias res non obligata
ꝓ debito regulariter retineri nõ p̃t: vt in. l. ſub p̃textu. cũ ibi no.
C. mãda. tradiẽ in. l. ſi nõ cẽtũ. ⁊ Bar. ⁊ doc. in. l. ſi nõ ſoꝛtẽ. §. ſi cẽ
tũ. ⁊ ibi Bar. ⁊ doc. ff. de cõdi. inde. cõuentiones autẽ oſtẽdũt ɔ
ctus qualitatẽ potius q̃ nomen. l. inſulã. ff. de p̃ſcrip. ver. Et tra
dit Bal. in rub. C. de iure emphy. in vl. q. ⁊ in. l. j. C. de rerũ ꝑmu.
Et ꝑ Bar. latius in ſua diſputatione que incipit. Publicanus.
⁊ in. l. cotẽ ferro. §. qui marios. ff. de publ. ſi ergo retinuit loco pi
gnoꝛis. Igiẽ ſi qd̃ dñiũ fuiſſet penes zannottũ fuiſſet trãſlatum
in dictas puellas gl. eſt no. quã nõ reperio ab aliquo repꝛobatã i
l. j. in fi. ff. de rebꝰ eoꝛũ. ex qbꝰ infero ꝙ ex quo voluit ꝓ eiꝰ ſecuri
tate loco pignoꝛis retinere ⁊ poſſidere fructus nõ ſolũ ꝑcepti ſȝ
etiam

etiã pcipiēdi debēt in ſortē imputari ſi quid debetur ab heredi
tate dicto ſer zãnotto:caſus eſt in.l.j.⁊.ij.C.de pig.act.vbi in.l.ij.
ꝓbaṫ de his q̃ pcipi potuiſſent a creditore:⁊ ita cõcludũt ibi do
cto.Et ita voluit glo.quã approbãt.d.Cardi.Jmo.⁊ do.Abb.
in.c.cũ cõtin.extra de pig.Vñ ſi retinuit loco pignoris:ꝓut eſt
veritas res eſt clara ꝙ cõſumptos ⁊ q pcipi potuiſſent compu
tat in ſortē extantes reſtituere teneṫ:vt tradiṫ in iuribus ṗalle.
Et fortius hoc ꝓcederet qñ nõ retinuiſſet iure pignoris:ſed q̃
ita cõuētũ eſſet retinuiſſet poſſeſſionē donec ſibi ſatiſfieret iux
ta no.in.d.§.ſi certã.⁊ in.d.l.ſub ṗtextu:q̃ tunc minus iuris ha
buiſſet ſi iure pignoris hꝫ ius in re.Sec⁹ ſi ſimpl'r tenuiſſet.Jgi
tur fortius nõ dꝫ lucrari fruct⁹:ſed in ſortē imputare.arg.auṫ.
multomagis.C.de ſac.ſan.eccle.Et q̃ creditor fruct⁹ nõ lucraṫ:
dñiũ eſt apud debitorē.Jgiṫ cõmodũ dñij ⁊ ſic acq̃ſitio fructuũ
eſt debitoris:vt tradũt doc.maxime.d.Alexã.in.l.j.§.per ſeruũ
corporaliter ⁊ ibi late dixi.ff.de acq.poſ.⁊ Bar.in.l.celſus.ff.de
vſucapio.Et doc.ibi late Are.in.l.q pignoris.ff.de acq̃rē.poſ.⁊
Are.in.l.q̃uis.§.ſi cõductor.ff.de acq.poſ.Sꝫ iſta rõ cõmodita
tis dñij fortius militat in hereditate ſimpl'r retēta ꝓ debito q̃
ꝯ illũ q hꝫ bona hypothecata:q habet ius in re ⁊ retinet quo
uſqꝫ ſibi ſatiſfiat:vt tradiṫ in.d.§.ſi cētũ.q̃ ille q nõ hꝫ ius in re
regulariter ꝓ debito retinere nõ põt:vt tradiṫ in.d.§.ſi cētũ.⁊ ĩ
d.§.ſi cētũ.⁊ in.d.l.fi.C.cõmoda.Quinimo etiã ſi autore ṗtore
poſſediſſet nõ faceret fruct⁹ ſuos:q̃ vt ptꝫ intētio creditoris nõ
fuit niſi poſſeſſionē retinere donec de debito ſibi ſatiſfieret:vt di
cit Bar.de Saly.in auṫ.ei q.C.de bo.auṫ.iudi.poſ.Et Ange.in
l.ſi finita.in.§ iulianus.ff.de dã.infe.⁊ ſequiṫ ibi do.Alex.in vl.
charta.verſi.Juxta hoc ēt q̃riṫ.¶Preterea ex quo dixit ſe velle
5 retinere:† ⁊ poſſidere quouſqꝫ ſatiſfiat de debito.Nõ põt facere
fructus ſuos:q̃a illos reciperet ꝓ pecunia debita:⁊ ſic eſſet vſu
ra qđ nõ eſt dicēdũ iuxta id qđ hꝛ̃ ĩ.c.ſalubriter.extra de vſuris.
⁊ in.d.l.j.⁊.ij.C.de pig.act.Quinimo nec lex nec iudex pñt hoc
facere ꝙ iſte lucrareṫ fructus niſi rõne nimie cõtumacie:⁊ ꝙ iu
dex ita decreuiſſet.Ex quo ꝓ ſecuritate cõſequendi debiti fuit
poſſeſſio vt ſibi ſatiſfieret ꝓut dicimus in miſſo in poſſeſſionē
ex primo decreto iuxta no.p gl.Bar.⁊ alios in.d.l.ſi finita.§.iu
lianus.Vbi latiſſime explicat.d.Alex.Sꝫ in caſu nr̃o in iſtis pu
ellis nulla cõtumacia daṫ:cũ debitũ nũq̃ fuerit liquidatũ.Jgiṫ
nõ potuit aliquo modo fructus lucrari.Quinimo ipſe zannot
tus fuit in mora.Nã ipſe fuit autore iudicis req̃ſitus:vt debe
ret debitũ liq̃dare:⁊ a iudice fuit terminus ſtatutus ꝙ deberet
debitum liquidare.Vñ fuit in mora liquidãdi elapſo termino
l.ſi ex legati cã.ff.de ver.ob.l.magnã.C.de cõtrahē.⁊ cõmit.ſtip.
⁊ ſic nulla rõne põt ſe excuſare q̊min⁹ teneaṫ fructus q̊s pcepit
⁊ quos pcipere potuit in ſortē cõputare.Et iſta cõcluſio ex ſu
perioribus caret ꝓbabili dubitatione.¶Circa vnũ aliud de q̊
q̃riṫ q̃ in ſnĩa dꝛ ꝙ intelligaṫ poſſidere vſquequo habebit totũ
in quo hereditas dicti Bartholomei ei de iure tenebiṫ.An in
cludanṫ credita dicti zãnotti contracta poſt renũciã.⁊ videbaṫ
6 ꝙ ſic.q̃ verbũ† tenebiṫ eſt futuri tp̃is.Jgiṫ vr̃ extendi ēt ad cre
dita futura.l.ſi ſtipulatus.§.cũ ſtipulat⁹.ff.de v̊.ob.l.ſi a colo
no.e.ti.l.verbũ oportebit.ff.de v̊.ſig.¶Sꝫ ꝯ̃riũ credo verius ꝙ
imo nõ veniãt ꝯ̃cta credita poſt renũciã.Jſta cõcluſio ꝓbaṫ q̃a
dicta cõuẽtio loquiṫ de eo in quo tenebaṫ hereditas dicti Bar
tholomei:ſed renuncie:vt ex ſuperiorib⁹ appꝫ cõſtat filias iam
eſſe heredes ab ĩteſtato.Jgiṫ dꝛ a creditore ꝯ̃ctũ cũ filiab⁹ Bar
tholomei:nõ cũ hereditate Bartholomei.l.j.§.veteres.ff.de ac
q.poſ.cũ ibi plene no.Et ſic lꝫ v̊ba loquanṫ in futurũ ⁊ nõ poſ
ſet cũ hereditate debitũ cõtrahi tñ dico ꝙ dicta v̊ba hereditas
dicti Bartholomei de iure tenebiṫ ſunt ꝓbata nõ reſpectu noui
debiti ꝯ̃hēdi in futurũ:ſꝫ debiti liq̃dãdi in futurũ:qua liq̃da
tiõe facta ꝯſtabat de debito hereditatis ⁊ in quo de iure tenebiṫ
ꝙ añ cõſtare nõ põt.Et iſta fuit mēs ꝯ̃hētiũ q̃ ſeruãda eſt.l.cũ
mulier.ff.ſol.mat.ꝙ ēt ptꝫ.Nã in principio dꝛ:ſꝫ tm̃ ꝙ ſibi ſpe
ctet pacifice gaudere.Et ſic refert ſe ad id qđ de preſenti ſibi de
beṫ ꝓut facta liq̃datiõe ꝯſtabit.Jn quo tenebaṫ hereditas.⁊ ita
in hoc ſtatuo lꝫ hoc nõ ſit multe vtilitatis:q̃ ſi qđ debitũ poſt
ea apparebit ꝯ̃ctũ qđ ſit vtiliter geſtũ vtreqꝫ filie tenebunṫ:vt p
totũ.ff.⁊.C.de neg.geſ.Sin auṫ nõ vtil'r nõ tenebũṫ iuxta regulã
nõ dꝫ alteri p alterũ.ff.de reg.iur.¶Circa ſcđm principale.ſ.re
ſpectu iuriũ dñe Marie q̃ poſtea iterũ circũuēta a dicto ſer zan
noto approbauit dictũ teſtm̃ ⁊ renũciauit liti q̃ erat ſup dicto te
ſtõ ⁊ oĩa cũ iuramēto.Ex q̄bus primo vr̃ reſultare tacitũ pactũ:
ex q̊ fuerũt facta ſer zannotto p̃ſente qđ reſultat ex teſtamēti ap
probatiõe ſm̃ Saly.Fulg.Ang.⁊ Moder.in.l.nõ dubiũ.§.illđ.
C.de teſta.Jtē ex renũciatiõe litis.vt.l.poſtq̃ liti.C.de pac.q̃ vt
iuratio ſeruãda vr̃:vt in auṫ.ſecramēta puberũ.C.ſi aduerſus vē
di.cũ ibi no.Ex q̄bus vr̃ ꝙ dicta Maria ſit a ſuis iuribus exclu
ſa.¶Sꝫ p̃miſſis nõ obſtãtib⁹ cõtraria ſnĩa eſt verior ⁊ ꝓbabi
lior duplici fundamēto.Et primo p̃mitto ꝙ iſta Maria appꝫ
multipliciter decepta ⁊ ꝙ dolo inducta fuit ad approbandũ te
ſtm̃:⁊ ad renũciãdũ vt fecit.Primo eñ narraṫ cũ ſit lis ⁊ q̃ſtio
eſſet ⁊ vētilata fuiſſet ꝙ erat falſũ q̃ ſup dicto teſtõ nõ erat am
plius lis ⁊ q̃ſtio:ſꝫ erat finita p renũciationē dicti ſer zãnotti di
cto teſtõ:vt in.l.poſtq̃ liti vbi plene no.C.de pact.Scđo narraṫ
ꝙ ſer zannotus renũciauerat hac cõdõne ꝙ tã diu eſſet in poſſeſ
ſiõe ⁊ poſſideret bona ſibi ſpectãtia ⁊ poſſeſſa:⁊ q̃ ad p̃ſens poſ
ſidet vigore dicti teſtamēti ⁊ inueſtiture quouſqꝫ ⁊c.hic etiã nar
ranṫ duo falſiſſima manifeſte.¶Primũ q̃ nõ dꝛ in renũciatio
ne ſer zannoti facta tutoribus ꝙ poſſideret bona ſibi ſpectãtia.
¶Scđm qđ nõ dꝛ qđ poſſideret bona ſpectãtia vigore teſtamē
ti:⁊ ꝙ hodie vigore teſtamēti poſſideret:ꝓbãṫ iſta ex lectura re
nũcie facte p dictũ ſer zãnottũ ĩ q̃ ſimpl'r dꝛ ꝙ intelligereṫ eſſe in
poſſeſſiõe donec ſibi ſatiſfieret de eo ꝙ ſibi ab hereditate debeṫ.
⁊ nullo mõ dꝛ poſſediſſe dicta bona ſibi ſpectãtia vigore teſti:vt
ex plurib⁹ ptꝫ.Jtē narraṫ q̃l'r ipſa ſciēs illũ creditorē in magna
q̃titate ꝙ aliud ſcire nõ poterat niſi ex aſſertiõe ſer zannotti cũ
creditũ nũq̃ fuerit liq̃datũ ēt inſtigantibus eius tutorib⁹.Jtē
dicit ꝙ nõ erat ei vtile litigare.Ex q̊ ptꝫ ꝙ falſo ĩducta fuit q̃
lis erat finita.Ex q̊ teſtõ renũciauerat:⁊ ꝙ deberēt eſſe in poſſeſ
ſiõe q̃diu ſibi ſatiſfieret.¶Preterea ex teſtõ ⁊ renũcia Marie
nõ extinguiṫ creditũ ſer zannotti.Et ſic poſſet petere legata et
credita iuxta.l.creditorē.ff.de leg.ij.Ex q̄b⁹ clare ptꝫ q̃tũ inter
eſſet dicte Marie facere ea q̃ fecit.Ex q̄b⁹ infero in ꝓpoſito ꝙ
doloſe ⁊ ambitioſe induxit dictã Mariã ad ſic faciēdũ ⁊ ita re
nũciandũ ⁊ approbãdũ teſtm̃.Nã lꝫ dicte aſſertiõis videanṫ eſſe
tabellionis.Tñ cenſenṫ eſſe partium ⁊ ab eis de his aſſertioni
bus rogatus:vt declarat Bal.in.l.mater.C.de rei vend.⁊ in.l.ij.
C.de reſcin.vēdi.⁊ in.l.errore.§.de teſta.q̃ ex parte mulieris fuit
erronea ⁊ p̃ſumiṫ q̃ ſuper geſtis a tutoribus iuxta not.in.l.non
fatetur.ff.de confeſ.⁊ in.l.error.C.de iur.⁊ fac.igno.Ex parte ſer
zãnotti fuit ſcienter facta q̃ in facto ꝓprio.l.fi.ff.p ſuo.Et ſic
fuit falſa vocis aſſeueratio cum intētione fallendi.l.j.ff.de dolo.
⁊ no.Cy.in.l.p̃ſcriptiõe.C.ſi ꝯ ius vel vti.pub.Jtē tanq̃ doloſa
⁊ euidenter iniqua dicta renũciatio non dꝫ valere iuxta not.per
Pet.de anch.in conſi.clxxx.incipit.Viſa diligenter narratione.
Cum enim in domo ſer zannotti ex falſis narrationib⁹ fuerat di
cta Maria immodice leſa dicitur circũuēta dolo ⁊ fallacijs vt
eſt caſus in.l.ſi ſupſtite.C.de dolo.in verbo ſi leſa es immodice.
p quē text.in ſimili Pau.de ca.cõſuluit in pulchra queſtione in
ſimili in ſuo cõſi.clxxiiij.incip.Cõtra ſuperius cõſulta.Et ſic iſi
bi nõ ob.iuramētũ:vt in.d.auṫ.ſacramēta puberũ.Faciunt in ꝓ
poſito que pulchre cõſuluit Pet.de anc.in cõſi.cccxxij.incipit.
7 Pro maiori.¶Cõfirmatur† q̃ iuramētũ nõ dꝫ eſſe iniquitatis
vinculum:vt in.c.inter cetera.xxj.q.iiij.Jtē habere debet tres co
mites.ſ.veritatem iudiciũ.⁊ iuſtitiã:vt in.c.tua nos.⁊ in.c.quã
to.de iureiuran.Conſiderandum omnino eſt ꝙ dicta femina ⁊
fragilis in domo ſer zannotti falſis narrationibus circũducta
fuit ad ita renunciandũ ⁊ iurandũ vnde ſeruari non dꝫ:⁊ p quē
libet prudentē ⁊ iuſtũ iudicem ſuccurrendũ eſt prefate Marie
Et ad hoc poſſent allegari multa cõſilia Pet.de anc.que ſunt
vltra.x.in ſimili materia.Nõ enim parua eſt doli p̃ſumptio ma
8 gna liberalitas in muliere q̃ eius nature repugnat.† cũ auariſſi
mũ ſit genus mulierũ.l.ſi ego.ff.ad velle.d.Ant.in ſuo cõſi.lviij.
incip.Dña Orabilis.Et dicit Pau.de ca.ꝙ in hm̃õi caſib⁹ ſuf
ficeret iuſtitia naturalis ad intētionē fundãdã.l.ſcire oportet.§.
ſufficit.ff.de excu.tu.quilibet enim cognoſcere põt ꝙ iſta mulier
fuit dolo inducta ⁊ decepta.⁊ multũ iudex erraret q illi nõ ſub
ueniret.Si eñ iſte nõ voluiſſet niſi qđ ſuũ erat vt in ſua renũcia
atteſtaṫ:nõ erat opus inducere de nouo Mariam ad ita renun
ciandũ:⁊ approbandum teſtm̃ cui antedictus ſer zannottus re
nũciauerat.¶Sed etiam alio ⁊ ſecundo fundamento incõuin
cibili defenditur dicta Maria.Nã ex ſuperiorib⁹ pꝫ ꝙ dicta Ma
ria erat heres ab inteſtato patris ſui.Et ſic renũciãdo liti ⁊ ap
probãdo teſtm̃ legata que nõ debeanṫ dicto ſer zannotto deben
tur virtute dicte renũciatiõis ⁊ approbatiõis cenſeṫ dicta Ma
ria dicta bona donaſſe ſm̃ Jo.an.in tit.de teſta.§.in primis in
addi.mag.⁊ Bal.in.l.illud.C.đ ſac.ſan.eccl.in.iiij.col.ver.Quid
ergo dicimus.⁊ in.l.fi.C.de pac.in.v.col.ver.Sed hic incidenter.
cũ ſimi.Vñ ex quo poſtea Maria ſuſcepit liberos per quã ſuſce
ptionē liberoꝝ donatio diciṫ ipſo iure reuocata a lege ſm̃ glo.⁊
doc.d.l.ſi vnq̃.p illũ tex.C.de reuo.dona.⁊ in.l.j.C.de inoffi.dona.
Et Bar.An.⁊ Raph.in.l.ſi totas.C.eo.tit.Et lꝫ Bald.dicat ꝙ
9 †ad hoc ꝙ habeat locũ.d.l.ſi vnq̃.debēt eſſe dõata omnia bona
vel pars:⁊ ſic ad minus dimidia.l.nomē filiarũ.§.portiõis.ff.de
ver.ſig.ꝓut ponit Bald.in.l.ſi vt certi.C.de teſtõ mili.vt ita dicit
vidiſſe cõſultum per magnos docto.⁊ idem Bal.plenius in.l.j.
C.de inoffi.dona.Sed Bald.in.l.titia.§.Jmperator.ff.de leg.ij.
vult ꝙ illa lex locum habeat in donat.rei particularis.Et hãc
partem ſequiṫ Lud.ro.in.d.l.ſi vt certi.ponderãdo illã.l.ſi vnq̃.

que dicit partē aliquam. que verba ꝓpter vniuerſalem aliquam
verificantur etiam in parua parte: vt eſt glo. in cle. j. de fo. cōpe. ⁊
idem voluit Imo. in. c. ſi. de dona. Uidi ſepius cōſultū ⁊ ꝯſului
ꝙ donatio debet eſſe rei tanti valoꝛis ꝙ veriſimiliter arbitrio
iudicis donans non feciſſet ſi cogitaſſet de liberis. Secus ſi eſſet
adeo parui valoꝛis ꝙ veriſimiliter feciſſet etiā ſi de liberis cogi-
taſſet. Et hanc partē ſequuntur preceptoꝛes dñs Ioan. bap. de
ſancto ſeuerino i. d. l. ſi vt certi. ⁊ d. Frā. areti. late ⁊ no. ꝓbat hāc
q. in. l. titius. ff. de lib. ⁊ poſth. ⁊ illā ſequutus ſum. in. l. cū auus.
ff. de cōdi. ⁊ demon. Et huic cōcluſioni ⁊ remedio nō ob. iuramē
tū vt declarat no. Bal. ⁊ ſequunt̃ doc. in. l. titia ſeio. Et Bal. in
l. j. C. de inof. do. ⁊ Io. de imo. in. l. j. in ſi. ff. de don. ⁊ iſta duo fun
damēta latiꝰ firmabūtur ſi opus erit qđ nō credo. Laus deo.

Summarium.

☞ Cōſilium in materia qñ teſtatoꝛ inſtituit heredem ſi habitaret
cum filijs an filijs nolentibus ſecū habitare deficiat inſtitutio
pulchꝛa quedam in hac materia diſcuſſa.

1 In conditionali attenditur ſolus euentus conditionis: qñ con-
ditio non eſt turpis nec impoſſibilis.
2 Hereditas aliqñ datur pure: adēptio vero fit ſub conditiōe.
3 Lex paterfamilias. ff. de here. inſt. procedit qñ inſtitutio fuit pu
ra adēptio vero ſub cōditiōe in odiū cōtumacis ⁊ nō obediētis.
4 Implens nō inuitatur ad hereditatem altero nō implente.
5 Quis inſtitui poteſt ſub conditione que pendeat a libera volun
tate alterius qui poteſt illam implere ⁊ inſtitutum excludere.
6 Uoluntas teſtatoꝛis talis cenſetur qualis de iure eſſe debet.
7 Equalitas eſt pacis cōſeruatiua: ⁊ inequalitas oppoſitū opat̃.
8 Experientia eſt rerū magiſtra.
6 Uerba intelligi debent ne poſſint a ſapiente repꝛehendi.
10 Ad veritatem alternatiue ſufficit alteram partem verificari.
11 Numerus ſingularis vnum caſum pꝛopꝛie tm̄ includit.
12 Clauſula in fine poſita ſi nō poteſt omnia ſuperioꝛa determina-
re: determinat illa que poteſt.
13 Relatio non fit ad illud: quando ex tali relatione leditur recti-
tudo ſermonis.
14 Pꝛeſumptio nō eſt ꝙ teſtatoꝛ voluit diſponere inter filios: ita
qđ diſpoſitio dicatur continere repugnātiā: iniquitatem: ⁊ ab-
ſurditatem.
15 Uerba illa ꝙ tunc ⁊ eo caſu: de pꝛopꝛietate non includunt niſi
vnum caſum.
16 Una pars alternatiue recipit interpꝛetationem ab alia parte al
ternatiue.
17 Dictio ſeu: multoties ponitur augmentatiue.
18 Interpꝛetatio ſimpliciter ſumpta: habet multas abſurditates.
19 Teſtatoꝛ non ſuſpendit acquiſitionem hereditatis: ſed ſimpli-
citer inſtituit.
20 Modus eſt moderatio quedam diſpoſitioni adiecta eū qui ho
noꝛatur aggrauans in tempus diſpoſitionis pe. fecte.
21 Pꝛohibitum vno tempoꝛe cenſetur alio permiſſum.
22 Diſpoſitio qñ magis adaptatur ad modum ꝙ̄ ad conditionē:
non eſt curandum de illo verbo ⁊ conditione.
23 Uoluntas teſtatoꝛis eſt ſeruanda dummodo ſit rationabilis.
24 Hereditas ſimpliciter relicta ſub conditione in aliū transfert̃.
25 Libertas relicta ſeruo: ſi decem dederit heredi: dicitur iuſſus li-
bertatem dare.

Conſilium. xxj.

Dñs labia mea aperiat ⁊ ſpūs ſanctus illuminet intellectuꝫ.

# Viſo teſtamento magiſtri

Dulcini. ⁊ cōſilio elegāter reddito per pꝛeſtantiſſimū
iuriſcō. do. Io. de campegio mihi fratrē honoꝛandū
diu anceps fui in cōcluſionē per eū firmatā cōpꝛobarē. Si eñ te
ſtatoꝛ ſimpliciter inſtituiſſet ⁊ pꝛecepiſſet dictis filijs ſuis ꝙ de-
berent ſimul ſtare ⁊ habitare poſt tale ꝑceptū adieciſſet verba de
qbus in dicto teſtō. ſ. ꝙ caſu quo dictus Bartho. eius filius no-
let ſtare ⁊ habitare cū eius fratribus: ſeu alij eius fratres nollēt
ſtare ⁊ habitare cū dicto Bartho. dictus Bartho. petere nō poſ
ſit ⁊c. Tūc de plano ꝓcederet cōcluſio dñi cōſulentis ꝙ ex facto
fratrū nolētiū obedire mādato ⁊ ꝑcepto nō debet ipſe Bartho
lomeus q vult obedire pena priuationis pati. Caſus eſt clarus
in. l. paterfamilias. ff. de here. inſti. lꝫ eñ volūtas teſtatoꝛis ſit ſer
uanda. l. in cōditione pꝛimū locū. ff. de cōdit. ⁊ demon. Tñ hoc
nō eſt trahendū ad hoc vt quis ex alterius facto pꝛiuet̃ ⁊ punia
tur vt eſt caſus in. l. ſi q. ⁊ in. d. l. paterfamilias. q nō eſt alibi ſm
Bal. Ang. ⁊ Io. de imo. ibi ⁊ ad hoc tendunt multa dicta ꝑ do
minū ꝯſulētē. Sed in caſu nr̄o teſtōꝛ ſimplr̄ inſtituit: ſꝫ partibꝰ
modis ⁊ cōditionibꝰ inſcriptis ⁊ nihil ꝑcepit: ſꝫ tm̄ vr̄ cōditio-
naliter loquutus ꝙ caſu quo Bartholomeus ſtare nollet cū di
ctis fratribus ſeu alij eius fratres nollent ſtare ⁊ habitare cū eo.
quo caſu nō dicit̃ pꝛiuatio hereditatis in penā: ſed cōditionalis
diſpoſitio vt inqt Bar. poſt vltra mōtanos in. l. vnica. C. de his
q̄ pene noīe. ⁊ ſequuntur cōiter doc. Et ſubtiliter ꝑ Io. fab. in-
ſti. de le. §. ſi. vñ nō dꝛ in penā pꝛiuari Bartholomeꝰ ex facto al
terius qđ tanꝙ̄ iniuſtū. l. nō reciperet vt in. d. l. pr̄familias. Sed
dicit ex facto cōditionis nō admitti ſeu ex purificatione condi-
tiōis: ſi ipſe vel fr̄es noluerint ſimul ſtare ⁊ habitare: quo caſu di
ſtiguit̃ an ꝯdō ſit poſſibil̄s vl̄ īpoſſibil̄s iuxta no. i. l. obtinuit. ff.
de ꝯdi. ⁊ demō. ⁊ in. l. j. ff. de cōdi. inſti. cū ſi. Et ꝙ aliud ſit diſpo
ſitū ⁊ penale. aliud cōditionale. Caſus eſt in. l. ij. ff. de his q̄ pene
1 noīe. In †cōditionali eñ attendit̃ ſolꝰ euētꝰ cōditiōis qñ cōdi-
tio nō eſt turpis neqꝫ impoſſibilis vt in. l. meuius. ⁊ in. l. multū.
ff. de cōdi. ⁊ demō. Cū ergo fuerit ꝯditio purificata neqꝫ illa tur
pitudinē vel impoſſibilitatē cōtineat vel penā vr̄ ꝙ volūtas te-
ſtatoꝛis ſeruāda ſit. l. in cōditiōe pꝛimū locū. ff. de cōdi. ⁊ demō.
Cōfirmat̃ ⁊ ſcđo iſta opi. Ex his que no. Bar. in. d. l. pr̄fami.
dū opponit de. l. ſi fuerit. ff. de manu. teſta. Ubi in pꝛima ſolutio
2 ne dr̄ ꝙ †aliqñ hereditas dat̃ pure ⁊ adēptio fit ſub cōditiōe. ⁊
tūc talis adēptio fieri nō pōt ex facto alterius: ⁊ ita loquit̃. d. l.
pr̄familias. Aliqñ dat̃ ſub cōditione. Et tūc ꝓpter vnū nō im-
plētē pōt teſtōꝛ alteri nō dare nō aūt pōt datā adimere. ⁊ ita ꝓ-
cedit tex. in. d. l. nō fuerit. Sed in caſu nr̄o inſtitutio nō fuit ſim
plr̄ facta ſꝫ ſub dictis cōditionibꝰ qđ patet qꝛ in inſtitutiōe dꝛ ꝑ-
tibus modis ⁊ cōdōnibus inſcriptis. Uñ potuit cōdōnē appo-
nere in inſtitutione: ita ꝙ ꝓpter nō implemētū fratrum potuit
nō dare Bartholomeo licet ſi fuiſſet pure data nō potuiſſet adi
3 mere. Uñ dicūt Ang. ⁊ imo. ſequēdo dicta Bar. pꝛime relata †
in. d. l. pr̄familias ꝙ illa lex ꝓcedit qñ inſtitutio fuit pura adem
ptio vō ſub cōdōne in odiū cōtumacis ⁊ nō obediētis. quo caſu
pena pꝛiuatiōis nō imputat̃ obediēti ꝓpter inobediētiā alteriꝰ.
⁊ ita eſt caſus ibi q nō eſt alibi ſm Bal. ⁊ An. Secꝰ ſi inſtitutio
fiat de duobus ſub cōditione quā teſtatoꝛ voluiſſet ꝑ vtrūqꝫ im
4 pleri. qa tūc †altero nō implēte etiā implēs nō inuitat̃ ad here-
ditatē ꝑ. d. l. ſi ita fuerit. Cōpꝛobat̃ tertio ⁊ vltio iſta opi. Nā
dicūt Ang. Imo. ⁊ Cuma. in. d. l. pr̄familias repꝛobando dicta
Bar. ad. l. ſi certarū. §. ſi. eodē. ff. de teſt. mili. ꝙ aliqñ pꝛiuatio he
reditatis fit in eodē teſtō in penā ⁊ illa fieri nō pōt de nō demerē
te ꝑ illū tex. in. d. l. pr̄. Aliqñ nō fit pꝛiuatio in penā: ſꝫ fit adē
ptio ex eo qꝛ teſtōꝛ voluit: ⁊ ita placuit vltimo loco cuiꝰ vltime
diſpōni ſtādū eſt. l. ſi mihi ⁊ tibi. §. in legatis. ff. de leg. j. ⁊ tūc pꝛi
uatio fieri pōt ſine aliqua cā. ar. l. ita ſcriptū. §. regula. ff. de libe.
⁊ poſth. ⁊ tenēt Ange. ⁊ Cuma. in. d. §. ſi eodem teſtō. ⁊ Nico. de
mata. Bal. Paul. ⁊ do. Alexā. in. l. hereditas in ſi. C. de his q. vt
indi. Sꝫ in caſu nr̄o pꝛiuatio nō fit in penā: ſed eſt cōditiōis di-
ſpoſitio ⁊ ſic pꝛiuauit. qꝛ ita voluit ꝙ etiā putet: qꝛ voluit ꝙ fra
tres nō implēdo cōditionē lucrent̃. Uñ nō pt̄ dici in penā indu-
cta pꝛiuatio. Igit̃ vr̄ ꝙ dicta pꝛiuatio tenuerit. Ex qbus vr̄
inferri ꝙ ſi inſtitutio vel pꝛiuatio nō ꝓcedit a volūtate teſtato-
ris ꝙ poſſint fr̄es nolle habitare nō implēdo cnoditionē quam
teſtatoꝛ poſuit in libera volūtate eoꝛū tacita nō exꝑſſa. ſ. ꝑ imple
mētū cōditiōis ꝑ id qđ hr̄ in. l. ſi qs ſempꝛoniū. ff. de here. inſtit.
5 ⁊ in. l. nōnūꝙ̄. ff. de cōdi. ⁊ demō. In qbus pꝫ ꝙ †qs inſtitui pōt
ſub cōditiōe q̄ pēdeat a libera volūtate alteriꝰ q pōt illā imple-
re ⁊ inſtitutū excludere ad hoc tex. in. l. j. cū gl. in pꝛin. ff. de leg. ij.
vbi doc. Aliud eñ eſt vocari ſub exꝑſſa volūtate alteriꝰ ſi volue-
rit ⁊ nō vꝫ. Aliud ſi ſub volūtate facti mere volūtarij qa vꝫ ⁊ ad
mittit̃ ſi ille cōditionē pēdētē a ſua mera voluntate impleuerit
alias nō vt ꝓbat̃ in dictis iuribꝰ ſic tolli vident̃ q̄ vltio loco ad-
ducunt̃ ꝑ dñm ꝯſulentē. ⁊ ſuꝑ iſtis cogitādū erat iudicio meo q̄
me ſubſiſtēte iā diu reddiderāt ⁊ reddūt. Sꝫ nō poterā mihi
ꝑſuadere ꝙ talis volūtas ita iniq a volūtate pr̄is ꝓceſſiſſet ſi ita
talis īſtitutio īterpꝛetaret̃ qm̄ ꝓ certo pr̄ cogitaſſet ꝙ ſi īſtitutio
Bartholomei pēderet a volūtate fratrū volētiū habitare ꝙ ca-
ſu q̄ nollēt habitare nō poſſet cōſeq ꝯputatis bonis mr̄nis niſi
mille trecētas libꝛas in terminis in teſtō appoſitis Bartholo-
meus nūꝙ̄ eſſet habiturus niſi dictā quātitatē. qꝛ hñ intellexiſ-
ſet ꝙ fr̄es Bartholomei nollēt cū eo habitare vt totā heredita-
tem conſequerentur exceptis mille trecentis vt ſupꝛa. argu. l. cū
ſi. Et tex. in rōne ſui in. l. inter ſtipulantē. §. ſed ſi ſtipulāte. ff. de
ver. obl. Uñ fruſtratoꝛie facta fuiſſet inſtitutio hr̄dis dicti Bar-
tholomei: qm̄ idē eueniſſet ſi iure inſtitutionis dictā quātitatē
reliqſſet fruſtratoꝛie ēt appoſita fuiſſet cōditio ſi dictus Bar-
tholomeꝰ voluerit habitare. Ex quo eſſet habitādo ⁊ ſtādo idē
dicēdū ēt ſi fr̄es nolēt cū eo habitare. ꝓut veriſimiliter ꝑſumen-
dū eſſet. Ex quo magnū lucrū cōſeq deberēt. Pꝛeterea ēt di-
cto Bartholomeo ſi noluerit habitare cū fr̄ibꝰ ſit hr̄ditas adē-
pta: ſꝫ cōtraria cōditiōe ſi voluerit cēſet̃ data. l. aliqñ in fr̄e. ff. de
cōdi. ⁊ demō. l. ꝙ pure. ff. qñ dies lega. cedit. ⁊ in. l. ſi legatū. ff. de
adi. leg. Ex quo colligit̃ ꝙ teſtatoꝛ voluit hāc ꝯditionē impleri:
⁊ ſic ꝙ Bartholomeus habitaret ſimul cū fratribꝰ vt no. gl. i. l.
ſi qs locuples. ff. de ma. teſtō. ⁊ no. gl. in. l. ij. C. de cōd. inſer. Sꝫ. cū
ſubditur

ſubditur ſeu dicti fratres noluerint habitare cū dicto Bartho
lomeo ex quo vult ꝙ ſi noluerint habitare lucrētur partē bono
rū: ſeu portionem Bartbolo. Exceptis dictis mille trecentis li
nes que ꝑ ipſum fiebant cedebant in aliud debitum iuxta cõuẽ-
tionẽ de qua.ſ.Nos aũt querimus de conuentionibus poſtea fa-
13 ctis ꝑ filios ⁊ heredes dicti Lappi.Uñ† ex diuerſis q̃ nullo mõ
ſe tãgunt:nõ eſt bona illatio.l.naturaliter.§.nihil cõe.ff.de acqr.
poſ.⁊ in.l.fin.ff.de calũ.l.papinianus exuli.ff.de mino.cũ ſimi.Ex
quibus ſequitur ꝙ cũ dicte pecunie ſolute ꝑ filios ⁊ heredes lap-
pi cederent in ſolutionẽ dicti debiti.vt.ſ.ꝓ dicta quãtitate per
eos ſoluta:fuerũt liberata dicta bona hypothecata ⁊ adiudica-
ta gaio.⁊ ſic fuit ius queſitũ gaio ſcđo creditori:⁊ per cõſequens
laudũ latũ inter filios ⁊ heredes lappi ⁊ luciũ nõ hꝫ tollere ius
queſitũ gaio ⁊ ſibi preiudicare.ar.l.ſi.ff.de pac.cũ ibi not.⁊.l.ſepe.
cum materia.ff.de re iudi.⁊ in.c.q̃uis eo.ti.⁊ ꝑ totum in rubro ⁊
nigro.C.res inter alios acta facit quod habetur in.l.ſi domus.§.
ſi compromiſero.ff.de euic.Laus Deo.Bartho.ſoci.⁊c.

¶Summarium.

☞ An ſtatutum excludens matreꝫ ſtante ſorore habeat locum in ſorore vterina tantum.
1 Frater vtrinqꝫ coniunctus dicitur frater in potiori ſignificatu.
2 Statutum loquẽs de patruo:nõ verificatur in patruo magno.
3 Appellatione fratris ⁊ ſororis veniũt frater vel ſoror:vterini vel conſanguini.

4 Verbum vterinus:non denotat improprietatem.
5 Verba vtrinqꝫ coniunctos:non improprietatem:ſed differentiā ſignificant.
6 Dictio per:non denotat improprietatem.
7 Statutū faciēs mētionē de fratre intelligit̃ d̃ fratre ſimpliciter.
8 Soror vterina includitur a ſtatuto ad excluſionem matris.

¶Conſilium.xxv.

¶Dn̄s labia mea aperiat ⁊ ſpūs ſanctus illuminet intellectum.

VIſo ſtatuto ciuitatis Are
tij ſub rubri.de ſucceſ.abinteſtato.in ver.mater inſup
vel aliqs deſcēdēs dubitat̃ quis ſuccedit in heredita
te mulieris mortue abinteſta.An mater.An vero ſoror vterina.
In qua difficultate ſi eſſemus in terminis iuris cōis qō eēt deci
ſa ꝙ mater ſuccederet excluſa ſorore vterina:caſus eſt in aut̃. de
fun.C.ad tertu.Et in corpore vñ ſumit̃.Difficultas autē in caſu
orit̃ ꝑpter dictū ſtatutū in dicto v̄.Mater inſup.ꝙ ſimplr̄ exiſtē
tibus ſorore ⁊ fratre excludit matrē.Nulli aūt dubiū vr̄ ſororem
vterinā ſororē appellari.l.iuriſconſultus.§.ſcd̄o gradu.ff.de legi.
¶Cū ꝯriū reperio conſultū ꝑ quēdā doctorē inſignē qui mouet̃
triplici rōne.¶Prima rō q̄ ſtatutū eſt ꝯriū iuris cōis:vt patet
in.d.aut̃.defuncto.Igit̃ verba ipſius debēt ꝓprie intelligi.l.cōſti
tutionib⁹.⁊ ibi Bar.ff.ad municipa.Itē intelligi debēt ſimplici
ter ⁊ non ſm̄ qd.l.hoc legatū.ff.de leg.iij. Sed ſoror vterina non
eſt ſimplr̄.ſꝫ ſm̄ qd.i.ſoror vterina.Igit̃ nō includit̃ ī ſtatuto cor
rectorio.¶Scd̄a rō ē.q̄ cū ſtatutū ſit correctoriū ⁊ reſtringēdū.
intelligi dꝫ vt minus ledat ius cōe.l.vt gradatim.§.ſꝫ ſi lege.ff.de
mune.⁊ bono.l.ij.cum ibi nota.ff.de noxali.Sed ſi ſoror vterina
excludatur:ledetur ius cōe tm̄ in vno,q̄ mater excludetur a fra
tribus ⁊ ſororibus vtrinqꝫ cōiunctis cōtra aut̃.defuncto preallegatam.
Si autē vterina ſoror admittit̃ ad excluſionē maxime ma
tris lederet̃ etiā in alio.q̄ vterina q̄ a matre excludebat̃ matrem
excludet.Igit̃ intelligi dꝫ ī vtrinqꝫ ꝯiunctis vt minus ledat ius
cōe.¶Tertia ratio eſt:q̄ verba ſtatuti intelligi debēt in potiori
1 ſignificatu.l.j.§.q̄ ī perpetuū.ff.ſi ager vectiga.†Sꝫ frater vtrinqꝫ
cōiunctus dr̄ frater in potiori ſignificatu.Ideo venit vtrinqꝫ cō
iunctus tm̄ ⁊ non vterinus. Et ſic etiā ſoror vtrinqꝫ cōiuncta et
nō vterina allegabat cōſulens gl.in aut̃.de conſangui.⁊ vteri.fra
tribus ſup verbo minores ⁊ ꝙ hoc voluit Ange.in ſuo cōſi.lvj.⁊
Bal.in.l.ij.C.de ſucceſ.edic.Et in ſimili allegabāt nota.ꝑ gl.in.l.
fratres.C.de inoffici.teſta.⁊ Bal.in.l.qō vero.ff.de legi.Ubi dicit
2 ꝙ†ſtatutū loquēs d̃ patruo nō verificat̃ in patruo magno.Ubi
tractat̃ de excluſione feminarū ꝙ patruus magnus non eſt in eo
dē gradu in quo eſt ſimplex patruus.qm̄ verba intelligi debēt ꝑ
prius ⁊ nō per poſterius.l.qui liberis.§.hec verba.ff.de vul.⁊ pu
pil.Ideo Bald.in.l.iubem⁹.C.ad trebel.vult ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ
fratre exiſtente femina nō ſuccedat intelligi debet d̃ fratre exiſtē
te in primo gradu ſuccedēte:⁊ ſic qui ſuccedere poterat.Ex qb⁹
ꝯcludebat̃ in cōſilio ꝙ ſtatutū predictū nō habebat locū in ſoro
re vterina que matrē nullo mō excludit.⁊ allegabāt ꝙ hanc par
tē tenebat inſignis doctor dn̄s Frāci.de alberg.in quodā ſuo ꝯſi
lio incipiēte.An ſtatutū preferens fratrē.cui ꝯſilio ſe ſubſcripſe
runt do.Ricar.de ſalyce.⁊ do.Joan.de ligna.⁊ dn̄s Roſel.areti.
Idē cōſuluit dn̄s Bn̄dictus de barzis.⁊ dn̄s Maria.ſoc.ſenen.
genitor meus.Et ad iura que volunt ꝙ veniat ſoror vterina rn̄
debāt ꝙ locū habebāt in materia in qua verba non erāt ita ſtri
cte intelligenda.ſed largo modo prout ſtricte intelligi debent in
ſtatuto correctorio iuxta no.in.l.ꝙ vero.ff.de leg.cū vulg.¶Sed
dicā prout dicit philoſophus.j.ethicoꝝ.¶Amicus ſortes ami
cus Plato ſanctum eſt veritatē in honore preferre.Nam in hac
difficultate multū ꝓbabilr̄ dici poteſt ꝙ imo mater excludat̃ a
ſorore vterina ex forma dicti ſtatuti.Iſta cōcluſio ꝓbatur nā cla
rū eſt ꝙ appellatione ſororis etiā ꝓprie venit ſoror vterina. Itē
appellatione fratris:venit frater vterinus licet non veniāt ſoro
res vel fratres patrueles vel conſobrini prout loquitur Bald.in
l.j.C.de ſucceſ.edic.⁊ in.l.iubemus.C.ad treb.cū ꝯcordantijs alle
3 gatis per dn̄m Alex.in.d.l.j.Sed bene† proprie appellatione fra
tris ⁊ ſororis vt dixi veniūt frater vel ſoror vterini vel conſangui
nei.Caſus eſt in.l.iuriſcōſultus.§.ſcd̄o gradu.ff.de gradi.⁊ in.§.
ſcd̄o gradu.inſtit.de gradi.Nā vocātur vterini:nō q̄ nō ſint fra
tres ⁊ ſorores ſimpliciter ⁊ proprie:vel ratione improprietatis.
Sed ad differentiam eius qui eſt ex patre tantū.vel ex vtroqꝫ pa
4 rente.Unde†verbum vterinus non denotat improprietatem.ſed
differentiā qō patet in.d.l.iuriſconſultus.§.ſecundo gradu.Ubi
appellat fratres ⁊ ſorores vterinos conſanguineos ex vtroqꝫ pa
5 rente:⁊ ſic appellat fratres vtrinqꝫ ꝯiunctos.†que verba vtrinqꝫ
coniunctos non improprietatē.Sed differentiā ſignificant. Ita
6 etiā verbū conſanguinei vel vterini.¶In ſimili videmus ꝙ†di
ctio per non denotat improprietatem.l.an eorum.§.j.⁊ ibi Bar.
ff.de poſtu.Facit optime tex.in.l.adoptiuus filius.§.fin.ff.de ritu
nupt.Cū ergo vterina ſit in p̄mo gradu ſeu ſcd̄o de iure cōi. Et
ſimpliciter appellatur.ſequitur ꝙ ſtatutū locū habet in eā cui⁹
verba debent ꝓprie intelligi.l.j.§.ſi is qui nauē.ff.de exerci.Item
ꝙ proprie appellent̃ ſorores apparet ſiue capiamus argumentū
ab autoritate dicunt̃ proprie ſorores ⁊ fratres.vt.d.§.ſcd̄o gradu
ſiue capiamus argumētū ab alluſione ſiue diffinitiōe nō reperiū
tur diuerſi in iſtis.Igit̃ ſtatutū dꝫ intelligi proprie de fratribus
⁊ ſororib⁹ etiā vterinis:qui ſunt ꝓprie fratres ⁊ ſorores.¶Nec
ex eo ꝙ mater excludat̃ a lucro hereditatis ſibi delate de iure cōi
verba ſtatuti ſunt intelligēda quomin⁹ intelligant̃ generalr̄ ſm̄
ꝓpriū ſignificatū.Imo illis verbis inherēdū eſt.l.ꝓſperit.ff.qui
⁊ a quibus.⁊ no.Bart.in.l.oēs populi.ff.de iuſti.⁊ iure.in.vj.qō.
prin.in materia interpretationis reſtrictiue.Cōfirmatur iſta cō
cluſio autoritate multoꝝ doctoꝝ. Nā Bart.in.l.lucius.in.§.que
ſitum.ff.de leg.iij.dicit ꝙ fratres dicunt̃ primi.ſ.cōſanguinei vel
vterini:qui ſunt in ſcd̄o gradu allegat.d.l.iuriſconſultus.§.ſcd̄o
gradu.alij enim nō appellant̃ fratres niſi cū aliqua adiectione:
vt fratres patrueles ⁊ ſimiles.d.l.iuriſcōſultus.§.quarto gradu.
Et ſic clare vult Bar.ꝙ primi fratres cōſanguineus vel vterin⁹
ſunt ꝓprie fratres.Un̄ dicit Bald.in.c.j.de feudo marchie.⁊ in.l.
iubemus.in ſi.C.ad treb.⁊ in.c.que in eccleſiarū.de cōſti.Et An
ge.in.l.j.ff.de inoffi.teſt.⁊ Imo.in.l.ſi dotali.ff.ſo.mat.⁊ ibi late ꝑ
7 do.Alex.ꝙ†ſtatutū faciēs mentionē de fratre intelligit̃ de fratre
ſimpliciter.⁊ non de fratre patruele per.d. l.iuriſconſultus.§.ſe
cūdo gradu.⁊.§.quarto gradu.Et ſic cōcludunt ꝙ frater cōſan
guineus vel vterinus de quibus in.§.ſcd̄o gradu dicunt̃ fratres
ſimpliciter.⁊ ꝓprie includunt̃ in ſtatuto qō proprie ⁊ ſtricte ītel
ligi dꝫ.Et ita pari rōne dicendū eſt in ſorore vterina.q̄ nō min⁹
proprie ſoror vterina dr̄ ſoror q̄ frater vterinus dicatur frater vt
eſt caſus in.d.§.ſcd̄o gradu.¶Confirmat̃ iſta cōcluſio ſi recte in
ſpiciant̃ verba ſtatuti.Uult eñ ſtatutū ꝙ mater ⁊ aſcēdētes per
matrē excludant̃ nō aūt dixit cōiunctos per matrē ne videretur
excludere fratres ⁊ ſorores vterinas quas admittere debebat ad
excluſionē matris.cū excluſa radice ſoleant excludi deriuātes ab
ipſa iuxta no.ꝑ Bald.⁊ alios in.l.maximū vitiū.C.de lib.ꝓte.Itē
ſtatutū in ver.ſeq.qō incipit.fratre vero defuncto qñ vult facere
mentionē de pluralitate vinculoꝝ exprimit de fratre vtrinqꝫ cō
iūcto ita etiā feciſſet in verſi.precedēti.qō incipit matri inſup.l.
vnica.§.ſin aūt ad deficiētis.C.de cadu.tol.Preterea vult ſtatutū
in ver.fratre ꝙ conſanguineus ita excludat ſororē vtrinqꝫ cōiun
ctā ſicut vtrinqꝫ cōiunctus.Soror aūt vtrinqꝫ cōiuncta hꝫ potē
ti⁹ ius q̄ mater ex forma dicti ſtatuti cuꝫ mater ab ea excludat̃.
Igitur qua rōne in verſi.frater vero cōſanguineus excludit etiā
ſororē vtrinqꝫ cōiunctā fortius cenſendū eſt ſtatutū in verſic.ꝓce
denti.mater inſup.voluiſſe fratrē ꝯſanguineū excludere matreꝫ.
Faciūt no.ꝑ Paul.de caſt.⁊ Moder.in.l.illā.C.de colla.Ex qui
bus infero in ꝓpoſito ꝙ ſtatutū in verſi.Mater inſup.Indubi
tāter dū facit mētionē de fratre.nō reſtringit̃ ad fratrem vtrinqꝫ
coniunctū.Sed intelligi debet etiā de fratre ex vno latere tm̄.ſcꝫ
cōſanguineo ⁊ qua rōne de cōſanguineo.pari ratione etiā de vte
rino.Et ꝙ dicit de fratre idem dicendū eſt de ſorore.¶Qō vlti
mū cōfirmat̃.q̄ nō eſt dare rōnem diuerſitatis q̄ magis voluiſ
ſet ꝯ matrē venire ſororē vtrinqꝫ cōiunctā q̄ vterinā. q̄ non pōt
dici hoc voluiſſe rōne cōſeruāde agnationis q̄ ſicut per vterinā
nō conſeruatur ita ꝑ vtrinqꝫ cōiunctā.vt ꝑ Bald.⁊ alios late in
d.l.maximū vitiū.Itē nō ex eo q̄ ſoror vtrinqꝫ cōiuncta ſit agna
ta ⁊ hoc duplici reſpectu.Primo q̄ etiam ſoror cōſanguinea eſt
agnata.⁊ tñ nō includeret̃ ſm̄ dictū intellectū.¶Scd̄o q̄ lꝫ ſo
ror vterina nō ſit agnata.Tñ hꝫ iura agnatoꝝ.caſus eſt in.l.me
minimus.C.de legit.heredibus.Un̄ ex premiſſis cōcludi vr̄ ſatis
8 clare ꝙ†etiaꝫ ſoror vterina includitur a ſtatuto ad excluſionem
matris.Ex quibus patet rn̄ſio ad allegata in ꝯtrariū.Et ad pri
mū ꝙ imo ſoror vterina eſt ꝓprie ſoror:vt ꝓbatū eſt.Ideo ſtatu
tū in ea v̄ificat̃.¶Minuſqꝫ obſtat ſcd̄a rō:q̄ imo ī caſu nr̄o ſta
tutū nō eſt reſtringēdū:ſꝫ intelligi dꝫ ꝓprie ex quo nullus īdebi
te dānū patit̃.Sꝫ tm̄ mater a lucro excludit̃.d.l.ꝓſperit.vt.ſ̄.pro
batū eſt.Nec obſtat vltimū ꝙ verba ſunt intelligenda in potiori
ſignificatu:q̄ illud eſt verū:q̄ ſi nō intelligātur in potiori intel
ligerent̃ in ſignificatione impropria.Et ita loquitur tex.in.l.im
perpetuū.Sꝫ qñ intelligunt̃ in ꝓprio ſignificatu ſatis eſt:lꝫ nō
in potiori:q̄ verba debēt ꝓprie intelligi.d.l.j.§.ſi is q̄ nauē: ⁊ in
materia ptꝫ ex autoritatibus ſupra allegatis.Et ad autoritates
in cōtrarium dico ꝙ plures ſunt autoritates ꝑ iſta parte qō cō
tinet̃ in ſtatuto ſtricte interpretādo oēs fratres ⁊ ſorores qui cō
tinent̃ in.d.l.iuriſcōſult⁹.§.ſcd̄o gradu.quas ſupra adduxi ⁊ plu
res alie relate fuerūt ꝑ dn̄m Alex.in.d.l.ſi dotali.⁊ in.l.j.C.de ſuc
ceſ.edicto.Et ſic poſſet multum probabiliter concludi cōtra illa
cōſilia fortioribus autoritatib⁹ ⁊ rōnib⁹.¶Si v̄o dn̄s iudicans
dubitaret in totū matrē excludere pōt eligere mediā viā.ſ.matrē
⁊ vterinam ſimul admittere.Et licet hoc nō colligatur ex verbis
ſtatuti

ſtatuti expreſſe aperte colligi poteſt ex duobus.¶ Poſito ꝙ tan
tum ſorores τ fratres vtrinqꝫ cõiuncti matrem excluderent iuxta
aliā interpretationē.que an ꝓcedat dictū eſt.¶ Porro deducit̃.
Nam āte autēticā defuncto .C.ad tertul.ſoror vterina admitteba
tur ſimul cū matre:vt eſt caſus in aut.de nup.§.τ quomodo.τ in
aut.τ cū ſolis.C.ad tertul.τ ſic mater hēbat idē ius qḋ frater vel
ſoror cõſanguinei vel vterini p autēticā defuncto fuit tributū po
tētius ius.i.ꝙ ipſa excluderet fratres cõſanguineos et vterinos.
Itē τ ſorores vterinas τ cõſanguineas.Sed p ſtatutū Aretinū:
mater reducitur ad ius minus potēs ꝙ̄ haberet tpe autētice τ cū
ſolis.qꝛ excludit̃ a fratribus τ ſororibus vtrinqꝫ cõiunctis: et ſic
nõ vult habeat illud ius in ſuccedēdo qḋ habēt fratres τ ſorores
vtrinqꝫ cõiuncti.Igit̃ eſt redacta ſicut erat tpe autētice.τ cū ſolis
ſcꝫ ꝙ habeat ius ꝙ haberent fratres τ ſorores ex vno latere tātū
Et ſic cõcludēdū eſt qḋ pariter ſuccedūt ſm terminos dicte autē
tice τ cū ſolis.¶ Confirmat̃ hoc in ſimili.Nā lꝫ de iure cõi frater
vtrinqꝫ cõiūctus excludat fratrē ex vno latere tm̄ aut.itaqꝫ.C.cõ-
munia.de ſucceſ.Tn̄ ſi ſtatutū nõ cõſiderat vinculū maternū: re-
ducit̃ res ad ius ātiquū τ pariter ſuccedūt ſm Bal.ſingulariter
et cõiter moderni ſequunt̃ i.l.j.C.de legi.here. Ita in caſu nr̃o ex
quo aufert̃ matris ius ſuccedēdi:vt nõ ꝯcurrat cū fratribꝰ τ ſoro
ribus vtrinqꝫ cõiunctis:ſed excludat̃ reducta eſt ad ius antiquū.
Et ſic dꝫ pariter admitti.Et ſequēda eſt illa interpretatio p quā
reducitur ad ius antiquū.Ad hoc gl.ſing.in.c.ſtatutū in verbo
notandū.τ de prebē.in.vj.Et voluit Federi.in conſi.lxxxix.in fi.τ
Pet.de ancha.τ.d.Abb.in.c.ex pte.lultimo.extra de decimis.et
traditur in.c.ſuper eo.de cognati.ſpiri.Et lꝫ prima concluſio ꝙ
mater excludatur in puncto iuris ſit forte vera.Iſta tamen vlti-
ma opinio ꝙ ſimul admittantur multum placet. Laus deo.
Bartho.loci.ſeneſ.τc.

¶ Summarium.

☞ Hic habent̃ quā plura in materia cõtractus qñ cõtractui in
quo quis ꝓmiſit aliquid non facere dicatur cõtrauenire.
1 Ille qui non poteſt alienare in aliquē: ſeu ꝙ res non perueniat
ad certam perſonam:nõ debet occaſionem preſtare propter quā
in talem perſonam fiat alienatio.
2 Arguendo de tempore ad locum:ſicut ratione vicinitatis argui-
tur fraus legis.ita ratione vicinatis loci.
3 Alienatio fictitia dicit̃ qñ prohibitus ſū alienare in titiū τ alie-
no in ſempronium.
4 Verbum pactum:includit omnes contractus.
5 Emptor an liberetur ratione caſus ſuperuenientis in re vēdita.
6 Ceſſante cauſa ceſſare debet effectus.
7 Tot dicuntur contractus quod fieri debent particulare ſponde
tiones τ numeratione ex diuerſa pretij nominatione.

¶ Conſilium.xxvj.

¶ Dñs labia mea aperiat:τ ſpūs ſanctus illuminet intellectum.

# In preſenti conſultatione

ſubſtātialiter loquar.Qm̄ in p̄ſentialiter ſum hic ſine
libris τ in primis p̄mitto τ cõcludo Ioā.bap.τ Pan-
taleonē cõtrauenisse cõtractui vēditiõis aluminū.Ex quo ꝓmi
ſerunt zanobio τ Hieronymo de gaudis emptoribus nõ nauiga
re nec nauigari facere.τ ꝙ p neminē alumina.de qbus i ꝯtu na
uigabit̃ ſub aliquo quēſito colore in Franciā vel Vngariā τ ꝓut
latius in ſcripta vēditiõis cõtinet̃.Et tn̄ cõtra pactū p̄dictū τ vo
lūtarie in Franciā ſeu ad loca ibi cõtigua fuerūt alumina nauiga
ta deinde in Frāciā trāſportata.Ex qbꝰ cõcludēdū eſt ipſos vē
ditores ſcriptū nõ obſeruaſſe.Ita cõcluſio ꝓbat̃.Nā dicti vēdito
res ꝓmittēdo.ꝙ alumina Ilbe τ Plumbini nõ nauigabūtur
in Frāciā per alqu ē promittēdo factū alienū cū iuramento cēſent̃
ꝓmiſiſſe acturos τ curaturos qḋ dicta alumina p neminē i frā-
cia nauigabunt̃ vt ē caſus i.c.ex lr̃is.τ in.c.ſicut ex lr̃is.τ vtrobiqꝫ
ſunt glo.expſſe extra de ſponſa.Et tenēt Cuma.Ro.τ cõiter mo-
derni in.l.ſtipulatio.iſta habere licere.in prin.ff.de verbo.obli.ſi
ergo per vēditores alumina predicta ꝓbarent̃ nauigata in Frā-
ciam res eſſet in tuto ꝙ dicerent̃ cõtrauenisse qꝛ in hoc verba cõ-
tractus ſunt clara.τ nõ eſſet opus alia inueſtigatiõe.l.ille aut ille
§.cū in verbis.ff.de leg.iij.τ cõtractus ex cõuētione partiū legem
accipiunt.l.legē.C.de pac.l.j.§.ſi cõuenit.ff.depoſi.cū ſimi.ſi vero
probarent̃ nauigata p venditores neqꝫ ipſos feciſſe nauigari.Sꝫ
tantū prout dicit̃ in narratione preſenti alumina ablata per pi-
ratas fuiſſent nauigata ad loca ꝓhibita in cõtractu vel p vēdito-
res fuiſſent nauigata ad loca nõ vicina locis ꝓhibitis.τ demū p
alios tranſportata ad loca prohibita:videt̃ maior difficultas: qꝛ
quo ad primū videt̃ ꝙ nõ teneant̃ vēditores de his quos ꝓhibere
non pñt iuxta no.in.l.ſtipulatio iſta.in prin.ff.de verb.obl.τ qꝛ in
dubio nõ vident̃ ſe obligaſſe ad talē caſum fortuitū.arg.eoꝝ que
habent̃ in.l.j.C.cõmodati.τ in.l.ſed τ ſi qs.§.queſitū.ff.ſi qs cau.
Item nec ex eo videtur cõtrauenisse:qꝛ portauerint ad loca cõui
cina:qꝛ hic nõ eſt in cõtractu expreſſum.l.quicquid aſtringende.ff.de ver.
ob.l.veteribus cū materia.ff.de pac.Nec etiā ex eo ꝙ fuerint per
aliū trāſportata.Ex quo primo fuerūt nauigata ad loca que vi
debant̃ eſſe permiſſa lꝫ per alios fuerint delata ad loca ꝓhibita.
arg.l.pater.§.quindecim.cū ibi no.ff.de leg.iij.Ex qbus videbat̃
cõcludēdū dictos creditores nõ cõtrauenisse.¶ Quibus tn̄ non
obſtātibus ꝯtraria ſnia mihi videt̃ verior τ ꝓbabilior:τ quo ad
alumina delata per piratas dici põt ꝓbabiliter ꝙ teneant̃ ex eo
qꝛ cū talis caſus ꝓuideri poterat:cū ſit de frequēter cõtingētibꝰ
prout eſt notoriū.Nā mercatores faciūt ſe de hmõi caſu aſſecura
ri ꝓut etiam feciſſe dicunt̃ dicti mercatores vēditores ex quo vni
uerſaliter obligauerūt ſe.ꝙ p neminē nauigaretur in tali vniuer-
ſali obligatione includitur talis caſus qui excogitari poterat.l.ſi
ſeruitus.ff.de ſeruitu.vrb.p̄dio.Et not.Bar.in.l.ſi ita.ff.de auro
τ argen.leg.Facit optime quod not.glo.in.l.damni.§.ſi is qui.ff.
de dam.infec.Et Bar.in.l.inter ſtipulantem.§.ſacrā.ff.de verb.
obli.τ Bald.in.l.j.§.ſed qꝛ.C.cõmunia de lega.Sed poſito ꝙ tali
capite nõ poſſet dici cõtractui cõtra factū dici dꝫ cõtra factū ex
eo ꝙ per vēditores fuerūt alumina nauigata in Frāciā ſeu ad lo-
ca cõuicina.τ poſtea in Frāciā trāſportata.Nā ex tali nauigatio-
ne aluminum ad talia loca cõuicina vēditores dederūt occaſionē
ꝙ in Frāciā deferrētur.Cū ergo tenerentur curare τ agere ne in
Frāciā peruenirent.Tenebantur etiā talē occaſionē preſtare per
quā in Franciam non peruenirēt hoc probatur in ſimili.Nā ille
1 qui nõ poteſt in aliquē alienare ſeu ꝙ res non perueniat ad cer-
tam perſonā nõ debet occaſionē preſtare ꝓpter quā in talē pſonā
fiat alienatio vt dicit no.Bald.per illum tex.in.l.quoties.la pri-
ma.C.de fideicom.allegat etiā tex.in.c.j.in fi.de inueſti.de re alie
na facta.Ita dicamus in caſu noſtro reſpectu loci qꝛ nõ eſt dare
rationem diuerſitatis.Igitur eadē eſſe debet iuris diſpoſitio.l.il-
lud.ff.ad.l.aq.c.trāſlatio.de cõſti.arguēdo.de ꝑſonis ad loca iu-
xta no.in ſimili.in.l.vinum.ff.ſi cer.pet.τ in.l.miles.§.ſed τ qḋ di-
2 ximus.ff.de excuſa.tuto.quinimo arguendo † de tpe ad locum iu
xta no.in.d.l.vinū.ſicut rõne vicinitatis arguitur fraus legis.l.ſi
ventri.§.in bonis.ff.de priuile.credi.τ in.l.poſt contractum.τ ibi
Bar.ff.de dona.Ita ratione vicinitatis loci.Unde non ſolū vi-
dentur rõne vicinitatis dediſſe occaſionē ꝙ alumina in Franciam
deferrent̃.ſed vident̃ hoc in fraudē feciſſe bene faciunt no.p glo.
in.l.fraus.ff.de legi.τ per Bald.in.l.nõ dubium.ff.eo.titu.Et pro
his bene facit quod no.Bar.in.l.filiusfami.§.diui.ff.de leg.j.vbi
3 † vult ꝙ ſi ſum ꝓhibitus alienare in titiū τ alieno in ſemproniū
qui alienat in titiū.poteſt dici alienatio fictitia.vt in.l.nuda.ff.de
ꝯtrahē.emp.τ ſic ſimulata τ in fraudē facta.melius facit qḋ no.
Bar.i.l.ſi quis orthodoxe per illū tex.C.de here.τ mani.vbi vult
ꝙ ſi popularis ē prohibitꝰ cedere iura nobili τ popularis cedat
iura forēſi q cedat iura nobili dicit̃ cõtra factū ſtatuto:cuiꝰ intē
tio fuit ne iura populariū ꝑuenirēt i nobiles.Ita in caſu nr̃o nā
intētio ꝯhētiū fuit ne talia alumina deuenirēt in Frāciā.Si ergo
fuerūt nauigata ad loca cõuicina τ demū in Frāciā fuit cõtrafa-
ctum cõtractui.¶ Confirmāt̃ p̄dicta qm̄ ex quo venditores tene-
bant̃ curare ꝙ alumina nõ ꝑuenirent in Frāciā tenebant̃ omni
cura τ deligentia operā dare ꝙ p neminē in Frāciā deferant̃.ſꝫ in
caſu noſtro fecerūt vēditores totū oppoſitū.¶ Primū tradit̃ in
c.gēma extra de ſpõſa.vbi late dñs Abb.τ qḋ no.Bar.in.l.cõti-
nuus.§.illud.ff.de ver.obli.¶ Scḋm pꝫ.Nā poterā curare ꝙ di-
cta alumina nõ deuenirent in Frāciā nõ nauigādo ad loca ꝯuici-
na vel etiā nauigādo ad loca p̄dicta ꝯuicina vēdendo hac lege et
cõditiõe adiecta penali ſtipulatione ne in Frāciā deferrent̃ iuxta
l.in traditionibꝰ cū materia.ff.de pac.τ notat̃ in.l.legē.C.eo.ti.Sꝫ
fecerūt totū oppoſitū qꝛ nauigauerunt ad loca conuicina.¶ Ex
qbus veriſimiliter cogitare poterāt alumina in Frāciā tranſpor-
tari arguēdo a cõiter accidētibus iuxta no.in.l.neqꝫ natales.C.de
proba.τ illa nauigauerūt nõ curādo aliquo modo ne in frāciam
deferrētur.ſed potius dederunt occaſionē ꝙ deferrētur ratione
vicinitatis vt dictū eſt.¶ Ex quibus omnibus cõcludēdum pu-
to venditores non obſeruaſſe dictum contractum venditionis.
¶ Ex qua concluſione infero duo in propoſito noſtro.¶ Pri-
mum eſt ꝙ dicti venditores non poſſunt agere vigore dicti cõtra
ctus quod oſtēditur eos non obſeruaſſe.vt probatur in.l.ediles.
§.fi.τ ibi glo.τ Bal.ff.de edil.edic.vbi patet ꝙ etiā in contracti
bus nominatis nõ poteſt agi niſi priꝰ impleatur ex parte agentis
hoc idem probatur.in.l.ſi cum fundum.C.de pac.τ tradit Bald.
in.l.ex placito.in.xiiij.q.C.de rerum permu.Et late Areti.prece-
ptor meus in conſi.lxx.Idem in conſi.cxiij.τ in conſi.clxj.in fine.
¶ Secundum infero ꝙ dicti emptores ratione dicte obſeruan-
tie poſſunt recedere a cõtractu.Iſta cõcluſio ꝓbatur.nā dicti em
ptores emerūt certā quātitatem aluminū deferēdā in Frāciā.et
nõ ad aliū locū.hoc acto ꝙ venditores alia alumina nõ deferrēt
in Frānciam qḋ pactum quatenus in Frāciā tm̄ poterant deferre
alumina empta reſpiciebat vtilitatem venditoꝝ vt alia ad loca

ipſi poſſent facilius deferre. Quatenus aūt nō poſſent vēditores deferre in frāciā reſpiciebat vtilitatē emptoꝝ q alˀs non emiſſent vel nō tāto ꝑtio vel ſe obligaſſent ad nō vēdendū in aliꝭs locis vt de ſe ſatis magnifeſtū ē. Vñ ſi nō fuiſſet dictū pactū appoſitū dicti emptores alˀs empturi nō fuiſſent. Igiť ſi id pactū nō fuit ſeruatū poſſunt a cōtractu recedere. l. cū te. C. de pac. inter. emp. ꝛ vē. ꝛ ibi no. maxime ꝑ Saly. ꝛ ꝑ Bar. no. in. l. fi. ff. de ꝯdi. cau. da. Et ad hoc faciūt q̄. j. latius dicenť. ¶ Cōfirmať iſta ꝯcluſio rōne cōcludēti. Nā iſti vēditores ꝓut i pñcto ꝓſupponiť iurauerūt obſeruare ꝯtenta in ꝯtractu emptionis ꝛ vēditionis. Vñ ſi nō oſeruauerūt ꝛ venerūt ꝯtra pacta iurata ex quo erāt maiores ꝛ ꝯuētio ꝛ iuramētū volūtaria fuerūt ēptores nō ſunt obligati obſeruare lꝫ cōtra venditores ſi vellēt agere poſſent ad obſeruātiā ꝓut ꝓbat ſingularis diſpoſitio. l. ſi qs maior. C. de tranſac. q̄ loquiť in tranſacti. ꝛ in pactis ꝙ † verbū pactū includit oēs ꝯtractus. l. j. ff. de pac.
4 ſic locū habet in oī cōtractu ſm oēs doc. ibi ꝛ tenet Jo. de imo. in l. ſi inſulā. ff. de ver. obli. Et hoc eſt clariſſimū fundamētū ſuppoſita in obſeruātia ꝓut ꝓbatū eſt ꝑ rōnes ꝛ iura ſuperius alle. ꝛ deducta. Alia etiā via oſtēdiť ꝙ dicti emptores pñt a dicto ꝯtractu emptiōis recedere. Nā dicta vēditio aluminū nō fuit pura ꝛ ſimplex. Sꝫ adiecta fuit lex ꝛ modus ꝙ emptores dicta alumina nō nauigarēt ad alia loca q̄ in Frāciā ꝓuenzaꝫ ꝛ iannā ꝛ ꝙ vēditores nō nauigarent aliqua alumina in dicta loca ꝛ ꝓmiſerūt ꝙ ꝑ nemineȝ nauigareť q̄ pacta nauigādi ꝑ emptores tm̄ ad dicta loca fuerūt adiecta in fauorē vēditoꝝ vt poſſent melius in alia loca nauigare. Itē ꝙ nō poſſent vēditores ꝛ ꝙ ꝑ nemineꝫ nauigareť alumina in frāciā ꝓuēzā ꝛ iannā hoc fuit in fauorem dictorū emptoꝝ vt melius ꝛ vtiliꝰ poſſent eoꝝ alumina empta in illis locis vēdere. Igiť hmōi pacta reſpiciūt cām finalē ꝯtractus ar. l. titio. ꝛ. l. quibus diebus. in fi. ff. de ꝯdi. ꝛ demō. ꝛ no. Bar. in. l. ij. §. fi. ff. de dona. qḋ etiā ptꝫ qꝛ emptores q nō poterāt alumina in aliꝭs locis vēdere q̄ i expſſis nō fuiſſent empturi ſi ꝓhibitū fuiſſet eis ne in dictis locis alumina vēderenť qḋ ptꝫ ad ſenſuꝫ: qꝛ ſi nō ibi ꝛ in aliꝭs nō poterāt. Igiť nō emiſſent qꝛ alumina remāſiſſent inutilia penes eos ad hoc ꝓſumptio. l. cū de indebito. ff. de ꝓba. Igiť cā finalis emptionis fuit vt venderenť in dictis locis ſm Bal. in l. cū te. C. de pac. inter emp. ꝛ ven. ꝛ Saly. in. l. ſi vt proponis. C. de ꝯdi. ob cau. ꝛ maxime qꝛ modus forma ſunt expſſa vt nauigarenť ad dicta loca. ꝛ nō alia iuxta no. ꝑ Cy. ꝛ Bal. in. l. ij. C. de condi. ob cau. ꝛ ꝑ Saly. in. l. j. C. de dona. q̄ ſub mō. ¶ Ex qbus in ꝓpoſito ꝯcludo ꝙ cū in caſu nr̄o fuerint appoſita dicta pacta ꝛ ꝯuētiōes ſine qbus nō fuiſſent alˀs ꝯtracturi lꝫ reſpiciāt cāꝫ extrīſecā tū finalē cū illa in caſu nr̄o nō poſſint hr̄e ꝓpter interdictū regis frā
1 cie pñt emptores recedere a ꝯtractu lꝫ appoſita in ꝯtractu noīato. Caſus eſt ꝛ ibi doc. maxime Saly. in. d. l. cū te. ꝛ declarat bart. in. l. j. C. de dona. ꝛ Bal. in. l. fi. ff. de ꝯdi. ob cau. ꝛ ibi do. Alexā. in pe. col. ꝛ Saly. in. l. ſi vt ꝓponis. C. eo. ti. Et diuerſa eſt materia.
5 An † emptor libereť rōne caſus ſupuenietis ī re vēdita de qua in l. j. C. de peri. ꝛ cōmo. rei vēdi. Et alia ꝙ non tenereť eo qꝛ cā finalis ꝓpter quā cōtraxit deducta ī pacto ſine qua nō fuiſſet alˀs cōtracturus re extincta nō poſſit locū habere. qꝛ ea ceſſante dꝫ ceſſa-
6 re cōtractus vt ꝓbatū eſt. † Facit illud gn̄ale qḋ ceſſante cā ceſſare dꝫ effectus. l. adigere. §. q̄uis. ff. de iurepa. cū ſi. ¶ Poſtremo aduertendū eſt ꝙ talis vēditio aluminū eſt facta ad pōdus et numerū. Et ꝑ ſingulis pōderibꝰ ꝛ numeris ſtatuiť certū ꝑtiū. Vñ ante ponderationē ꝛ numerationē ꝯtractus dꝛ imꝑfectus ꝛ ꝯditionalis vt dicit text. in. l. qḋ ſi ſe. §. in his. ff. de ꝯtrahen. emp. Et tradit bal. in. l. iulianus. §. ſi titius. ff. de act. emp. ꝛ Bal. latius in l. ſicut. C. eo. tit. Itē qꝛ certis ꝛ ſingulis tꝑibus ꝛ pōderibꝰ ſtatuiť
7 certū ꝑtiū Tot † dicuntur ꝯtractus quod fieri debent ꝑticulares pōderationes ꝛ numerationes ex diuerſa ꝑtiū numeratiōe. vt hť in. l. qḋ aūt. in fi. cū. l. ſeq. ff. de in diē addic. ꝛ in. l. q duos. de contrahē. emp. ꝛ ꝑ bar. in. l. ſcire debemus. ff. de ver. obli. ¶ Ex quibꝰ infero in propoſito ꝙ caſus ſupueniēs ante pōderationē ꝛ numerationē ꝓpter queꝫ alumina effecta ſunt inutilia. l. interdicti regis francoꝝ cedere dꝫ in dānum venditoꝝ vt eſt caſus in. d. §. in his. ¶ Preterea cū ſit ꝯditionalis caſus ſupueniēs pēdēte cōditione cedit periculo vēditoris. l. neceſſario. §. ꝙ ſi pendente. ff. de pericu. ꝛ cōmo. rei vē. ¶ Preterea ex quo venditio ante ponderationeꝫ ꝛ numerationē eſt imꝑfecta ꝛ res ꝑ emptores non poſſet vēdi in Frācia ꝓpter interdictū: ꝛ alibi non poteſt vēdi ex forma conuētionis cenſeť res deſiꝭſſe eſſe in cōmercio emptoris. ꝓut habeť inſti. de inuti. ſtip. in. l. j. ꝛ in. l. iiij. C. que res ven. poſ. ꝛ in. l. j. C. q̄ res expor. non poſ. Igitur non potuit venditio ꝑfici. imo irritatur. l. ſi in emptione. §. oīm rerum. ff. de ꝯtrahē. emp. ꝛ in. l. multum. interest. ꝛ ibi bar. ff. de ver. ob. Ex quibus oībus ꝯcludo ꝙ dicti emptores nō tenentur ad obſeruātiam ꝯtractus. Et ita mihi Bartho. ſoci. J. V. Doctor. iuris eſſe videtur ſaluo ſemper ſaniori conſilio. Laus deo. Amen.

¶ Summarium.

Sententia lata ꝑ dn̄m inter vaſallos extra reꝫ feudalē tanq̄ a non ſuo iudice lata non valet.

1 Fratres carnales nature conſortio ſe inuicem adherent.
2 Lex dn̄i in vaſallum nullam tribuit iuriſdictionem niſi reſpectu rei feudalis.
3 Oīs ptās arbitri vel arbitratoris pendet ex compromiſſo.
4 Princeps ſeu habens iura principis cuius aſſertioni ſtandū eſt: ꝓcedit ꝯtra ſubditū: ꝛ tūc ſup geſtis corā eo ſtatur ſue aſſertioni. Aliqñ ꝓcedit contra nō ſubditū: ꝛ tunc nō ſtatur eius aſſertiōi quia vti non poteſt plenitudine poteſtatis. nu. 5.
6 Papa contra clericum naturaliter ſubditum diſponit ſuper bonis temporalibus ꝛ ſic ſibi non ſubditis non poteſt vti plenitudine poteſtatis.
7 Iudex quando procedit contra naturaliter non ſubditum nō eſt ſtandum eius aſſertioni.
8 Snīa lata a iudice nō ſuo eſt nulla ex defectu iuriſdictionis.
9 Nullus inferior a principe poteſt ſententiare ꝛ de facto procedere iuris ordine non ſeruato.
10 Sententia lata parte non citata eſt nulla.
11 Arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum.
12 Imperium regni non inducit iuſtum metum.
13 Iuſſus penalis inducit iuſtum metum.
14 Proteſtatio facta per verba denunciatiua actus futurꝰ operať qḋ fieret in futurū: ꝛ nō ſolum reſpectu eius quod tunc fieret.
15 Si aliqs timet metum inferri in cōtrahendo matrmoniū ꝛ proteſtatur quod nō intendit contrahere iuuat.

¶ Conſilium. xxvij.

¶ Dn̄s labia mea aperiat ꝛ ſpūs ſanctus illuminet intellectum.

IN preſenti conſultatione ſubſtātialr loquēdo ꝓut ī ꝯſiliꝭs fieri dꝫ ꝑmitto ꝙ adherētes alicui dn̄o dicunť eſſe eiuſdē voluntatis cuius eſt dominus ꝛ illi fauent ꝛ opere ꝛ conſiliꝭs vt dicit Ang. in auť. de heredi. ꝛ fal. in prin. nō tamen dicunť ſub iuriſdictione illius cui adherent vt ibi colligitur ex dictis Ange. Et hoc clare exprimit Ange. in auť. de alie. ꝛ emphyteo. §. economus. Et idem voluit Pet. de anch. in repe. c. canonum ſtatuta. de conſtitu. xiiij. q. prin. in tertio membro in verſi. Vidi dubitari. Et eſt bonus text. ꝛ ibi Inn. in. c. ad apoſtolice. de re iudi. lib. vj. Et per Ange. cōſi. mihi. cclxvj. in. ix. colū. inter capitula pacis. Vnde dicit Bald. in cōſi. cclviij. in ſecūda parte. in ſecunda ſtampa. Nihil cōmune hꝫ feudū cū adherentia. Et iḋ vaſallus offendēs adherentes dn̄i nō
1 priuať feudo. Nam ꝛ fratres † carnales nature cōſortio ſe inuiceꝫ adherēt. l. ij. ꝛ. iij. C. de libe. cau. Videmus in ſimili etiā ꝙ terre recōmēdate q̄ debēt pallium tm̄ dicunť libere. nec dn̄s cui datur hꝫ in eis iuriſdictionem quod eſt fortius ſm Bar. no. in. l. nō dubito
2 ff. de capti. ꝛ poſtli. reuer. ¶ Secundo premitto † ꝙ lex domini in vaſallum nullam tribuit iuriſdictionē niſi reſpectu rei feudalis. hinc eſt ꝙ raro vel nunq̄ imponitur vaſallo per dominū alia pena quā priuatio feudi. Iſta eſt elegans doctrina Inn. quam Jo. and. ꝛ ceteri ſcribentes ſequuntur in. c. ceterum. extra de iudi. probatur pariter. quem ibi. no. glo. in verbo. iuſtitia. quaꝫ ſequuntur Jaco. de belui. ꝛ Bal. in. c. j. in verbo. Item qui domino ſuo. que fuit prima cauſa beneficiꝭ amittendi. ꝛ in. c. vaſallus. ſi feuduꝫ. de feudo filiꝭs dato. Et firmat expreſſe Spec. in tit. de feudis. §. quicūq̄. ver. ix. ꝛ ver. xxij. Et conſuluit Jo. de imo. allegando ꝑdicta in ſuo conſilio. xvj. incipit. Viſo puncto ꝛ his que abunde. ¶ Ex quibus duobus premiſſis infertur ꝙ prefati domini Marchiones de mala ſpinis dominus Thomas ꝛ dn̄s Joānes: q ꝓ parte erant feudatariꝭ illuſtriſſimi ducis Mediolani reſpectu quorūdam locorum ꝛ reſpectu quorūdam erāt adherētes ꝙ reſpectu locorum que habebant ex feudo ducis nō dicebanť ſubditi: ꝛ in eos non habebat dux iuriſdictioneꝫ. Quibus preſuppoſitis dico ꝙ iudicium diuiſorium latū inter dictos magnificos dominos Marchiones fuit nullum duplici reſpectu. Primo ratione deficientis poteſtatis. Secūdo ratione deficiētis ſolēnitatis. ¶ Primum ꝓbať. Nā aut volumus ꝙ tanq̄ arbiter vel arbitrator tulerit laudum. Et dicendū laudum fuiſſe nullum ex defectu cōpro-
3 miſſi. † qꝛ oīs ptās arbitri vel arbitratoris pendet ex cōpromiſſo. l. nō diſtinguemus. §. quidaꝫ. ꝛ. §. de officio. ff. de arbi. ꝛ in. l. ſi cū dies. §. plane. eo. ti. ff. ꝛ no. in Spe. in ti. de arbi. §. excipiť ver. item. ꝙ nō eſt latū. ꝛ ideo eſt nullū qꝛ ſi ex forma ſtatuti caueť ꝙ cōtra laudum non poſſit appellari de nullitate dici vel excipi. Tñ pōt dici nullū ex defectu cōpromiſſi ſm Ange. in. l. non erit. in. §. dato. in prin. ff. de iureiur. ꝛ ꝯſuluit Ange. in ꝯſi. cclxxxiiij. incipit Philippus. ꝛ Tenet Bal. i. l. ſi cām iudicati. C. de execu. rei iu. ꝛ bar. in. l. ij. §. ꝑtor. ff. q ſatiſda. cog. cū ſi. Nō obſtat huic fundamēto ꝙ in ꝓemio laudi dicatur ꝙ prefati M. comites acceſſerunt ad illuſtriſſimum Ducem vt eorum diſcordias ſedaret ortas ꝓpter bonorum diuiſioneꝫ ꝓmittentes ꝙ quicquid per ꝑfatū Ducē in

huiuſmodi

huiuſmodi diuiſione fieret ratum ⁊ firmum habituros.ex quo vi-
debat̃ inferri ꝙ cũ atteſtetur de geſtis corã eo ꝙ ſtetur eius aſſer-
tioni ex quo videtur vicem principis ſuſtinere. Unde dicit Ang.
in ſuo ↄ̃ſilio incipiẽte. In cauſa accuſationis. ⁊ idẽ dicit etiam in
Duce Mediolani Pau.de ca.in ↄ̃ſi. ccxxxv.incipiẽ.Ad primuꝫ.
Quoniam ad hoc reſpondet̃ ꝙ nõ ſtatur eius aſſertiõi q̃ꝛ illud ꝓ
cedit in papa ⁊ Imperatore.nõ aũt in inferioribus ꝑſertim reco
gnoſcentibꝰ ſuperiorem vt habet̃ in.c.poſt ceſſionem.de proba.⁊
per glo.⁊ doc.in cle.j.eo.tit.Et quicq̃d dicat̃ per doc.in alijs Du
cibus Mediolani.Iſte de quo agimus forte ↄ̃ſciẽtia ductus pu-
ber mediolani recepit iueſtiturã a rege romanoꝝ.Et ĩ ſuperiorẽ
recognouit.Unde ↄ̃ſuluit dñs Cardi.in cõſilio.cliiij.incipit In
cauſa que vertit̃ inter Andream ꝙ diſpoſitio dicte clemen.j.locũ
nõ habebat in illuſtriſſimo comite virtutuꝫ Duce Mediolani lꝫ
potẽtiſſimo Faciũt que dicit Pe.de ancharã.in ſuo ↄ̃ſi.cccxxvij.
incipit.Uiſis actis ⁊ actitatis.¶ Reſpondeo etiam aliter ⁊ nota-
4 biliter.† ꝙ aliq̃ñ ⁊ primo princeps ſeu hñs iura p̃cipis:cuius aſ
ſertiõi ſtãdũ eſſet ꝓcedit ↄ̃tra ſubditũ ⁊ tũc ſup geſtis corã eo ſtat̃
ſue aſſertioni:⁊ ita procedit q̃d habet̃ in.d.c.cum nobis.⁊ ibi la-
te probat p̃ceptor meus Are.in.d.cle.j.⁊ eſt bonus tex.⁊ ibi not.
do.Abb.in.c.ad audientiã.de p̃ſcrip.⁊ hic nõ eſt caſus noſter cũ
aliquo reſpectu nõ eſſent ſubditi vt ſtatim dicetur. ¶ Aliquãdo
5 ⁊ ſecũdo † ꝓcedit ↄ̃ nõ ſubditũ.Et tunc non ſtatur eius aſſertio
ni q̃ꝛ vti nõ põt plenitudine poteſtatis.Ita ↄ̃ſuluit Pau.de caſt.
in cõſi.clvj.incipit.Uiſo ⁊ examinato.Et probat̃ ex his que di-
cit Pau.de ca.in conſilio.cclxxx.incipit.Primũ dubiũ. Et dñs
Anto.⁊ do.Abb.in.c.conſtitutus.de religi.domi.Et tenent ex-
preſſe dñs Abb.et dñs Franc.areti.in.d.c.cum nobis.de teſtibus.
⁊ hic non eſt caſus noſter:q̃ꝛ non ſunt omnino nõ ſubditi.¶ Ali
quando ⁊ tertio ꝓcedit princeps ↄ̃ naturaliter non ſubditũ:ſed
ſubditũ rõne alicuius cauſe:puta q̃ñ papa ꝓcederet ↄ̃ laicuꝫ ĩ ter
ris imperij in cã eccleſiſtica ⁊ ſpirituali ⁊ tũc nõ ſtat̃ eiꝰ aſſertiõi
nec põt vti plenitudine p̃tãtis.vt eſt cle.paſtoralis de re iudi. vbi
imperator ꝓcedebat ↄ̃ non ſubditũ qui tñ p̃tendebat̃ ſubditꝰ rõ-
ne delicti cõmiſſi in principẽ.vt declarat do. Abb.in.c.j. de cauſa
poſ.⁊ ꝓprie.⁊ in.c.cũ olim de re iudi.⁊ hoc caſu nõ ſtatur aſſertio
ni. ⁊ rõ eſt manifeſta.q̃ꝛ cum in hoc ſit priuilegiũ ſupreme p̃tãtis
habetur in.d.cle.l.l̃ris hac ſuprema p̃tãte vti non põt ſup his ſup
q̃bus nõ habet plenã p̃tãtẽ.Ita dicit p̃fatus p̃ceptor meus domi.
Areti.in.d.c.cũ nobis allegat tex.in.d.cle.paſtoralis. ⁊ ita põt in
telligi ꝙ dicit dñs Abb.in.d.c.cum nobis.vbi dicit ꝙ aſſertioni
iudicis non ſtat̃ in his in q̃bus nõ hꝫ plenã p̃tãtẽ vt ſupra diſpoſi
tis a iuregentiũ vel a iure diuino vt cõiter concludũt doc.ꝙ non
põt vti ſuplatiua poteſtate cõtra nõ naturaliter ſubditũ Et ita
cõſuluit p̃fatus p̃ceptor meus Are.in ſuo conſi.clxv.reddito ſup
interdicto ꝓmulgato p̱ ſummuꝫ põtificẽ ↄ̃ florentinos ĩcipit Si-
cut Io.dicit in apocalypſi.Sed in caſu noſtro.Iſti Marchiones
ſunt de locis q̃ nõ ſunt ſubdita rõne feudi duci Mediolani:lꝫ te
neant plura loca in feuduꝫ a duce. Et ſic lꝫ ſint ſubditi rõne feu-
di:nõ ſunt naturaliter ſubditi ⁊ ſic nõ potuit princeps ſupremã
poteſtatem exercere.Et ſic non ſtatur eius aſſertioni Et hãc opi.
ſecutus ſum in conſilio meo reddito ſup eodeꝫ interdicto:ꝙ ho-
die habetur in ſtampa inter conſilia excellentiſſimi dñi Frãciſci
de curte.⁊ eſt cõſi.xx.incip. Sepenumero alio reuolui.Et ꝓ hac
6 opi.fortius aducebam.Nam ſi † papa contra clericum naturali
ter ſubditum diſponit ſuper bonis temporalibꝰ ⁊ ſic ſibi nõ ſub-
ditis non poteſt vti plenitudine poteſtatis. Uoluit Pau.de ca.
in.d.conſi.lxxix.⁊ conſi.cclxxxj.⁊ do.Anto.⁊ do. Abb.in.c. con-
ſtitutus de relig.domi.⁊ eſt bonus tex.⁊ ibi do.Abb.in .c.dilectꝰ.
de iure pa.⁊ do.Abb.in.d.c.cũ nobis.extra de teſti.igitur fortius
7 † q̃ñ iudex procedit contra naturaliter non ſubditum.nõ eſt ſtan
dum eius aſſertioni.Ex quibus tollitur omnis allegatio que fie-
ret ꝙ princeps ita voluit ex certa ſcientia : de plenitudine pote-
ſtatis:q̃ꝛ lꝫ voluerit illa vti nõ potuit in caſu noſtro:vt ex ſupio-
ribus patet in actu perficiendo nõ ſolum requiritur volũtas ſꝫ
etiam poteſtas.l.multum intereſt.C.ſi quis alte.vel ſibi.c.cum ſu-
per abbatia.extra de offi.deleg.⁊ ſic remanet concluſio firma ꝙ
ſi non probatur factum compromiſſum non valuit iudiciũ diui-
ſorium prolatum a duce tanq̃ arbitro ,vel arbitratore ex hoc pri-
mo capite.¶ Aut volumus ꝙ tanq̃ iudex protulit illam ſenten-
tiam ⁊ adhuc dico ꝙ eſt nulla ex defectu poteſtatis et iuriſdictio
nis.Cum iſti non eſſent ſubditi niſi ratione rerum feudaliũ ⁊ nõ
8 aliorum bonorum non feudalium vt dictum eſt.Nam † ſentẽtia
lata a iudice non ſuo eſt nulla ex defectu iuriſdictionis.vt per to-
tum in rubro ⁊ nigro.C.ſi a non compe.iudice. que exceptio defe-
ctus iuriſdictionis poteſt quãdocunq̃ opponi.vt voluit glo.ſin-
gu.in cle.j.de ſeque. poſ.⁊ fruc.p̱ quam dicimus ꝙ exceptio nulli-
tatis nõ videtur reiecta a ſtatuto ꝙ cõtra ſñiam nõ poſſit de nul-
litate opponi.⁊ illã ibi ſequunt̃ do.Ant.⁊ Io.de imo. ⁊ Ang. in
c.ex parte.de offi.deleg.⁊ Ange.in conſi.xxxj.incipit.Mortuo de

bitore.Idẽ Ange.Imol.⁊ Ro in.l.de pupillo.§.qui opus.ff.de
no.ope.nũ.Et Ange in.l.tale pactũ.§.q̃ ꝓuocauit.ff.de pac. Nec
releuat ꝙ vſus fuerit plenitudine poteſtatis:vt ex ſuperioribus
patet.¶ Et ſi dicat̃ lꝫ defecerit iuriſdictio reſpectu alioꝝ bonoꝝ
q̃ nõ habẽt in feudũ a duce Mediolani.Tñ ĩ reſpectu bonoꝝ feu-
daliũ habebat iuriſdictionẽ.Igit̃ reſpectu eoꝝ videt̃ habere iu
diciũ q̃ꝛ iſta bona videt̃ diſticta ⁊ ſeparata.Igit̃ videt ꝙ quo ad
illa valeat arg.gl.cũ ibi no.in.l.etiã.§.ex cã.ff.de mino .⁊ in.l.q̃d
tñ in princi.ff.de arbitris.⁊ eius quod dr̃ ꝙ in ſeparabilibus vti-
le per inutile nõ vitiatur.l.j.§.ſi ſtipulanti.cũ ibi no.ff.de ver.obli-
gatio.Reſpõde ꝙ vt dicit dño Thome fuerunt adiudicata oĩa
bona in quibꝰ dux nõ habebat iuriſdictionẽ.⁊ ſic nõ valuit diui-
ſio cõſequenter ſeu iudiciũ diuiſoriũ ꝓ parte nullũ eſt ĩ totũ nul-
lũ caſus eſt in.l.in hoc iudicio.⁊ ibi no.ff.fami. erciſ.nam capitu-
la diuiſiõis in quibꝰ fit bonorũ aſſignatio ſunt cõnexa.Nã ſi vni
ſunt certa bona aſſignata.alij hoc reſpectu:ecõtra ſunt alia bona
aſſignata.Uñ nõ fuiſſet vni facta ſi nõ fuiſſet alteri facta.⁊ ſic ſũt
capitula cõnexa prout declarat Bar.in.l.aurelius . §. idẽ q̃ſijt.ff.
de libe.lega.Igitur ſi in vno capitulo vitiatur.vel ĩ partẽ vnius
capituli ſentẽtie ĩ totũ vitiat̃ vt voluit glo.cõmuniter approbata
in.d.l.etiã.§.ſi ex cauſa.ff.de euic.¶ Preterea etiam ex quo in ca-
ſu noſtro non eſt iudicatum valde ſuper toto nõ valuit ſꝫm Bal.
in.d.§.ex cauſa.arg.d.l.in hoc iudicio.⁊.l.quid tamẽ.in prin.ff.de
arbi.Traditur in.l.j.C.ſi aduer. rem iudi.cum ſimilibus .¶ Ex
quibus omnibus concluditur ꝙ ex defectu poteſtatis dictum iu
dicium diuiſorium fuit in totum nullum.¶ Secundum probat̃
ꝙ dictum iudicium diuiſorium fuit nullum reſpectu ſolẽnitatis
deficientis.Nam prout.ſ.dictum eſt.Aut volumus dicere dictũ
iudicium diuiſorium latum fuiſſe tãq̃ a iudice.⁊ ſuſtineri nõ po-
teſt duplici de cauſa.¶ Primo quia nõ fuit ſeruatus ordo iudi-
ciarius qui requiritur in prelatiõe ſentẽtie:vt in.c.de cauſis.extra
9 de off.deleg.⁊ in.l.prolatam.C.de ſenten.⁊ † nullus inferior a prin
cipe poteſt ſententiare ⁊ de facto procedere iuris ordine nõ ſerua
to.Adeo ꝙ etiam legatus de latere nõ poteſt iſto modo ꝓcedere
vt voluit glo.not.in. c.ſciſcitata.de hereti.li.vj.⁊ eſt glo.in cle.ſe-
pe . in verbo.mandamus.de verbo.ſigni.cum multis concordan-
tijs allegatis per dominum Alexan.in.l.nemo poteſt.ff.de lega.j.
10 ¶ Secundo † q̃ꝛ ſententia fuit lata parte nõ citata:quo caſu ſen-
tentia eſt nulla.l.de vnoquoq̃.ff.de re iudi.l.nam ita diuus.ff.de
adop.⁊ in ſententia principis eſt caſus in cle.paſtoralis.de re iudi.
⁊ ibi no.Et ſi dicatur licet princeps nõ poſſit procedere parte nõ
citata:tamen de abſoluta poteſtate ex cauſa que in principe p̃ſu-
mitur videtur ꝙ poſſit ſꝫm Io.and.in addi.ſpe.in titu.de ſenten-
tia.§.iuxta.ver.eſt nulla. ⁊ Io.and.in.c.j.de maio.⁊ obe.⁊ Inn.
Io.and.⁊ Io.de imo.in.l.inter quatuor.de maio.⁊ obe.quoniam
ex cauſa poteſt iuriſgẽtium ⁊ diuino diſpẽſare ſꝫm Inno.⁊ doc.
in.c.que in eccleſiarum.de conſtitu.⁊ in.l.ſi.C.ſi contra ius vel vti.
publi.¶ Reſpondetur in primis ꝙ nõ ſumus in principe non re
cognoſcente ſuperiorem prout ſupra dictum eſt.vel dicendum eſt
q̃d illud q̃d dicitur de plenitudine poteſtatis princeps procedere
poteſt parte non citata: q̃ꝛ in eo preſumitur legitima cauſa proce
dit q̃ñ procedit contra naturaliter ſubditum . ſed locũ nõ habet
q̃ñ princeps non eſt naturaliter dñs ⁊ procedit ↄ̃tra illuꝫ q eſt na
turaliter nõ ſubditus vt in caſu noſtro ratiõe feudi.q̃ꝛ tũc nõ po
teſt ↄ̃tra eũ ꝓcedere parte nõ citata:⁊ tollere defenſionẽ q̃ eſt de
iure naturali nec p̃ſumit̃ ex legitima rõne ꝓcedere:ita probat tex.
in cle.paſtoralis.de re iudi.Ubi imperator non erat dñs illius re
gis.Sed p̃tẽdebat iuriſdictionẽ rõne delicti.⁊ tñ dr̃ ꝙ nõ potuit
procedere parte nõ citata.Et ita cõcludit do.Abb. in.c.j.de cau-
ſa poſ.⁊ proprie.⁊ Bal.in.l.nec cauſas.C.de appel.⁊ do.Abb. in
c.cum olim.de re iudi.¶ Preterea dicendum eſt q̃d ↄ̃ ſubditum
non põt etiam ꝓcedere parte nõ citata de plenitudine poteſtatis
vt dicit do.Alex.poſt Ang.in.l.ſi ſic.in prin .ff.de leg.j.q̃ꝛ nõ po-
teſt tollere defenſionem.vt in.d.cle.paſtoralis.vbi hoc tenent do.
Car.do.Anto.⁊ Io.de imo.⁊ Bal.in.l.ſi.C.de legi. p̱ illum tex.et
no.do.Car.in.c.j.de cauſa poſ.⁊ proprie.⁊ in pleriſq̃ alijs locis al
legatis in dicto conſilio meo ſup dicto interdicto.Et nõ põt alle
gari melior autoritas q̃ gl.Io.mona.in extrauaganti Bonifacij
octaui:que incipit rem non nouam.in glo.ſi.vbi hoc latiſſime ꝓ-
bat.Et hanc glo.didici a reuerẽdo patre dño Fely.in.c.cum oliꝫ.
de re iudi.⁊ in propoſito multa allegat.Non omitto q̃d vbi prin-
ceps procedit parte non citata ⁊ nõ datis defenſionibꝰ cauſa nõ
preſumitur vt voluit ſingulariter Bal.per tex.C.de legi.q̃ꝛ tolle-
re citationem eſt tollere defenſionem que tolli non poteſt.vt.d.
clem. paſtoralis.idem do. Abb.in.d.c.j.⁊ in . d̃. c.cum olim .al's
fruſtra requireretur iuſta cauſa ad hoc vt iudex procedendo de
plenitudine poteſtatis poſſet tollere citationem ſi ſemp cã iuxta
preſumeretur.¶ Preterea etiam nos ſumus in caſu in quo non
poterat vti plenitudine poteſtatis vt ſupra dictuꝫ ⁊ declaratũ eſt
Et hec dicta ſufficiant:ſi vt iudex ſñiam dedit. ſi võ vt arbiter nõ

potuiſſet tñ etiã ꝓcedere dimiſſis ſolẽnitatib⁹ iuris. ⁊ pſertiȝ pte
1 nõ citata † q2 arbitria ſũt redacta ad inſtar iudicioꝝ. l. j. ff. de ar
bi. ⁊ in. l. diẽ proferre. §. ſi qs. ⁊. §. corã. ff. eo. titu. Et per Bar. in. l.
duo ex trib⁹. ff. de re iudi. ⁊ ꝑ do. Ant. ⁊ Mod. in. c. qntavallis. de
iureiur. i ꝑmis differẽtijs qs ponũt iter arbitriũ ⁊ arbitratorẽ. Et
ꝗuis ſolẽnitas fuiſſet remiſſa tñ non cẽſeret remiſſa citatio: vt
in cle. ſepe. de verb. ſig. Et ſi diceret fuit facta remiſſio vt in arbi-
tratorẽ ⁊ amicabilẽ cõpoſitorẽ. ex quo hoc allegatur ab alia parte
ad fundandã intẽtionẽ ſuam habet hoc ꝓbare iuxta plene not. ꝑ
Bar. ⁊ Mod. in. l. in illa. ff. de verb. ob. qð cũ nõ oſtendat nõ põt
pars aduerſa in hac ſe fundare. Et poſito ꝙ tuliſſet tanꝗ arbi-
trator tñ adhuc non potuiſſet hoc facere parte nõ citata ſz bar.
ꝑ multas rõnes in. l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. ob. ⁊ in pleriſqȝ
alijs locis ibi per dñm Alexan. alleg. ⁊ Bald. in. l. nec qcꝗ. §. vbi
decretũ. ff. de offi. ꝓcõ. ⁊ legati. ⁊ in aut. ei qui in. ij. col. C. de bonis
aut. iudi. poſ. cum cõcordã. de qbus ibi per do. Alex. ⁊ ibi dico in
d. l. ſi quis arbitratu. Et ſi dicat ꝙ Guili. de cu. ⁊ multi alij ibi re
lati. ꝯtrium tenẽt in arbitratore: dico ꝙ cõis opi. eſt ꝙ tũc ꝓcedat
opi. Guli. qñ negociũ diſcuſſum fuit preſentibus ptib⁹ ab arbi-
tratore. qð non cõtingit in caſu nr̃o vt cõcludũt Bal. ⁊ Saly. in
l. fi. C. de ꝯtrahẽ. emp. Et Saly. in. l. ſi ſocietatẽ. §. arbitroꝝ. ff. pro
ſocio. ⁊ Jo. de imo. in. l. duo ex tribus. ff. de re iu. Et hãc opi. tenet
Bal. Cuma. Pau. de ca. ⁊ cõiter Moder. in. d. l. ſi qs arbitratu.
⁊ dicit Cuma. ſe ꝯſuluiſſe. Unde dicimus ꝙ princeps aliqñ põt
omittere citationẽ i ſentẽtiãdo. ſz nõ i actis cãe. vt in. l. fi. ⁊ ibi bal.
C. de leg. Ex qb⁹ oib⁹ ꝯcludit ꝙ dictum iudiciũ fuit nullũ tã rõne
defectus ptãtis ꝗ rõne deficiẽtis ſolennitatis vt i ꝑncipio ꝑmiſi-
mus. ¶ Sȝ poſito ꝙ iudiciũ fuerit nullũ ẽt ex defectu pãtis iuriſ
dictiõis. Tñ ex quo ptes aſſignauerũt bona. poſſederũt dcã bona
facta ꝯtenta in illo iudicio cẽſet ratificata a ptib⁹: ⁊ lȝ nõ valeat
vt ſnĩa vel vt laudũ. Tñ vr̃ valere in viȝ trãſactionis. Caſus eſt
clarus ⁊ ibi glo. ⁊ oẽs in. l. ij. C. cõia vtriuſqȝ iu. Et no. d. Abb. in
c. examinata extra de ꝯfirma. vti. vel inuti. Tradit in. c. ſignifican
te de fo. cõpe. que aduerſario poſſidẽti exceptionẽ parit. l. iuriſgẽ.
§. igit nuda. ff. de pac. ⁊ in. l. lecta. verſi. Dicebaȝ. ff. ſi cer. pet. Nec
vr̃ obſtare ꝙ M. dñs Jo. ſpineta dicat qð aſſignauit bona vt in
laudo ⁊ poſtea ita poſſedit pre timore Illuſtriſſimi ducis. ⁊ ꝙ ita
ꝓteſtat⁹ fuit añ aſſignationẽ. Qm̃ ad hoc vr̃ poſſe r̃ndert ꝙ de me
tu nõ cõſtat. Nã licet ꝑceptũ ꝙ obſeruare nõ vr̃ ꝓbari met⁹. vt. c.
inſinuante cum gl. in verbo metu regio qui cle. vel vouentes. Ubi
12 glo. colligit ꝙ † imperiũ regni nõ inducit iuſtuȝ metũ ꝓut etiã hñ
no. in. l. ad inuidiã ⁊ ꝙ ibi no. C. qð me. cau. Et iõ Jo. an. in. d. c. in
ſinuãte quem alij ſequunt dicit no. ꝙ imperium principis ſeu di
gnitatis rogantis vel ꝑcipientis nõ inducit iuſtũ metũ ⁊ nõ ſuffi
ciũt ad probandũ eũ. ⁊. l. ad inuidiã. ⁊ ibi no. doc. niſi aliter ꝓbet
oppreſſio. l. j. C. ꝙ me. cau. ⁊ ibi declarat Bar. quomodo apparet
ꝙ fuerit per impreſſionẽ coactus. ⁊ iõ dicũt Jo. an. ⁊ alij ꝙ dȝ at-
tendi an talis rex vel princeps cõſueuerit tyrãnice tractare non
obedientes ꝑceptis vel precib⁹. ⁊ ibi domi. Abb. reputat iſtã de-
ciſionẽ ſingulariter no. ⁊ ibi decidit no. q. ad quorñ etiã cõfirma-
tionẽ no. per Archi. in. c. ſi a ſacerdotibus. xv. q. vj. Bene faciunt
no. ꝑ bar. in. l. de pupillo. §. ſi qs ipſi ꝑtori. ff. de noui. ope. nũcia.
Facit. l. metũ. cũ glo. C. qð me. cau. ꝑ quam probatur ꝙ non ſuffi-
cit proteſtatio ad ꝓbãdũ metum. Sed dȝ aliter ꝓbari. Sed hic
non ſupponitur impreſſio: nec ꝙ princeps ſolitus eſſet tyranni-
ce inobedientes tractare. Igitur videtur ꝙ non poſſit ſe defende
re ꝙ predicta metu fecerit. ¶ Sed ad ꝑdicta reſpondetur clare ꝙ
dictus Jo. ſpinella predicta facit per metum prout duab⁹ vicib⁹
proteſtatus eſt. ¶ Primo poſt latam ſnĩam. ¶ Scdo poſt rece-
ptas literas ꝙ ſnĩam obſeruaret lȝ ſufficeret tm̃ ſemel proteſtã-
ti ſm̃ Bar. in. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi pretori. ff. de no. ope. nũ.
⁊ per bal. in. l. ij. C. de his qui per metũ iudi. nõ appel. Quinimo
etiam ſine proteſtatione ſatis eſt probare iuſtũ metum ſm̃ Joã.
and. ⁊ doc. in. c. ſi. extra de appel. ꝙ aũt in caſu noſtro preſumatur
iuſtus met⁹ probatur ex tribus. ¶ Primo q2 vt dicunt Jo. and.
⁊ doc in. d. c. inſinuãte. qñ ꝑceptũ emanat ab eo q ſolitus eſt male
tractare ⁊ opprimere tyrãnice non obedientes preceptis ſuis vt
ꝯcludũt etiam Bar. ⁊ doc. in. d. §. ſi qs ipſi pretori. Sed dicit ꝙ in
illis partibus pluries euenit ꝙ inobedientes lr̃is ſuis de facto et
leuato velo ac per vim priuauit eos rebus ſuis. Unde iuſtus fuit
timor ne idem ſibi eueniret. ¶ Scdo q2 in illa ſnĩa cõminatur de
pena indignationis. quo caſu ex qualitate pſone debebat minas
perhorreſcere. ⁊ ſic inducitur iuſtus metus ſm̃ do. Ant. in. d. c. in-
ſinuante. ⁊ Bar. in. l. famoſi. ff. ad. l. iul. maieſta. ⁊ per Jo. and. et
docto. in. d. c. ſi iuſtus metus. ¶ Tertio ⁊ vltimo q2 in ſnĩa iubet
13 obſeruãtiã ſub pena. q quidẽ † iuſtus penalis inducit iuſtũ metũ
ſm̃ Bar. in. l. creditor. ff. de ſolu. ⁊ Bal. in. l. falſus. in vlti. col. C. de
fur. ⁊ ꝑ dñm Alex. in ꝯſi. cxvij. in. j. volu. ⁊ pſertim q2 poſtea ema-
narũt etiam lr̃e ꝙ deberẽt ſnĩam executioni mãdare ꝑ quas lr̃as
oſtendit clariſſima ⁊ indubitata volũtas principis lȝ contra ius:

vt in. c. ſi quando. cũ ibi nota. extra de reſcrip. ⁊ in. l. j. ⁊ ibi not. C.
de peti. bono. ſubla. lib. x. Unde nemo iudex nec arbiter iudica-
bit metum allegatum non fuiſſe iuſtum. ¶ Preterea ex quo dñs
Joãnes ꝓteſtatus eſt ꝙ nõ intendebat cõſentire in illã ſnĩam. Sȝ
ꝙ qcqd in futurum faceret metu faceret talis ꝓteſtatio facit con
ſenſum in actu executionis poſtea ſequentis conſenſuȝ abeſſe ⁊ ſic
14 nõ põt valere ꝑ viã trãſactionis. l. j. in fi. ff. de pac. Nã ex quo † pro-
teſtatio facta eſt ꝑ verba denũciatiua actus futurus nõ ſolũ opat
reſpectu eius qð tunc fieret. Sed ⁊ ꝙ fieret in futuꝝ ſm̃ ꝙ cõiter
cõcludit in. l. pacta nouiſſima. C. de pac. Ubi Cyn. ⁊ Pau. de caſt.
dicunt ꝙ ſi ꝓteſtor ꝙ nõ recipias me in fideiuſſorem q2 ꝓteſtor ꝙ
nolo teneri: ſi me poſtea recipis ego non teneor. Quia actus poſt
ea futurus nõ operat vltra intẽtionẽ. l. nõ omnis. ff. ſi cer. pe. ⁊ no.
Bar. in. l. non ſolũ. §. morte. ff. de noui ope. nũci. ⁊ ibi. Jo. de imo.
⁊ moder. cũ ſimi. Quinimo ẽt ſimplex ꝓteſtatio fuiſſet ſufficiens
q2 qñ adeſt cauſa ꝓteſtãdi que etiã pſeuerat tpe actus afficit etiã
actũ poſtea factũ ex interuallo puta qñ timore potẽtis aliqs ꝓte-
ſtat ſe nõ ꝯſentire. ⁊ idẽ timore durat tpe actus ſm̃ Bar. Ang. ⁊
alios in. l. qui in aliena. §. fi. ff. de acq. here. ⁊ no. Inno. ꝑ illũ tex. in
c. j. qð metus cauſa. Unde q2 proteſtatio declarat ꝯſenſuȝ abeſſe
actus. l. ſi qs. §. plerũqȝ. ff. de relig. ⁊ ſũ. fune. Concludit ꝙ non põt
elici tacita trãſactio. ¶ Et ſi diceret ꝙ ꝓteſtatio debebat fieri ad
uerſario cũ quo actus erat gerendus lȝ timere principeȝ per ea q̃
no. Bal. in. l. clam. C. de fideicõ. ⁊ Bar. in. l. pro herede. §. papi. ff.
de acq. here. ⁊ no. Bar. in. d. §. morte. in materia ꝓteſtationis de
claratorie. R̃ndet ꝙ cũ ꝯſignatio fuerit facta ꝓcuratori cum ꝓte
ſtatiõe ꝯſentiẽtibus ꝓcuratoribus non põt pars aduerſa accepta
ex cõſignationẽ niſi cum qualitate ꝓteſtationis. Uñ acceptando
conſignationẽ cenſetur ꝯſenſiſſe ꝓteſtationi. vt eſt caſus quem ibi
ad hoc ponderat do. Cardi. ⁊ Abb. in. c. cumana. de elec. ¶ Pre-
terea ſi inſtrumẽtũ cõſignatiõis apparet etiã apud ptẽ aduerſaȝ
cenſetur ꝯſenſiſſe. l. ſi filius. ff. ad macedo. ⁊ tenet Jo. de imo. in. c.
cum. M. ferrarienſis. de cõſtitu. ⁊ no. Ludo. roma. in. d. §. morte.
per tex. in cle. j. de procura. ¶ Preterea ex quo proteſtatio fit ex iu
ſta cauſa ⁊ eſt interpretatiua act⁹ futuri. q̃ iuſta cã adeſt tpe act⁹
etiã ſi fiat altera parte ignorante iuuat. Ita dicũt do. Anto. ⁊ do.
15 Abb. in. c. tua nos. de ſponſa. Et iõ dicũt ꝙ ſi aliqs † timet metũ
iferri in ꝯhẽdo matrimõiũ ⁊ ꝓteſtat ꝙ nõ intẽdit ꝯhere iuuat. ⁊
6 Statutũ quando vult ſtari iuramento alicuius nõ expectatur
ꝙ iuramentum deferatur a parte vel a iudice.

Conſilium.lxxxix.

Dñs labia mea aperiat ⁊ ſpũs ſanctus illuminet intellectũ.

# Dubium ẽ apud doctores

an qñ ſtatutũ ꝯcedit executionẽ inſtrumẽto anteq̃ pe
tat̃ executio liquidari debeat: ⁊ in hoc Bar. videt̃ ſibi
1 cõtrari⁹. nã in. l. ꝓinde. §. notãdũ. ff. ad. l. aquil. per illũ text. † dicit
ꝙ prius peti dꝫ ꝙ liq̄detur: ⁊ poſt fiat executio ⁊ hãc opi. appro
bat Bal. i. l. ſi cãm iudicati. C. de execu. rei iudi. Sꝫ ipſe idẽ Bar.
in. l. j. in ꝑn. ff. de edẽ. tenuit poſſe peti executionẽ inſtrumẽti nõ li
q̄di in iudicio liq̄dãdi. ⁊ idẽ tenuit in. l. j. in ſi. ff. de le. ij. ⁊ i. l. defen
ſionis facultas. C. de iure fiſci. lib. x. Inferẽdo ad ꝓpoſitũ ð ſoluẽ
do qñ fit executio: vt in. l. ſi debitori. ff. de iudi. ⁊ in. l. debitorib⁹. ff.
de re iu. ⁊ vtrobiqꝫ notat̃. Et ſm̃ primã opinionẽ ex quo nõ erãt
inſtrumẽta liq̄data. q̄ iſti erãt ceſſiõarij. ⁊ hr̃des adhuc ceſſio ha
bita erat ab heredib⁹ creditoris. Itẽ petebat̃ executio ꝯ heredes
debitoris: que omnia erãt liq̄dãda iuxta no. ꝑ Bal. in. l. ꝑ diuer
ſas. C. mãda. ſequit̃ ꝙ petitio nõ ꝓceſſit rite: ſꝫ nulliter. Sed ſm̃
aliã opi. ſi in ꝓceſſu ſunt liq̄data liquidanda videt̃ qd̃ rite fuerit
ꝓceſſũ: ⁊ lꝫ ſuꝑ iſta difficultate multa dici poſſent tñ puto ex tri
bus in caſu nr̃o ꝑmã opi. ꝓcedere qd̃ liq̄datio p̄cedere debebat.
Primo ꝑ ea q̄ cõcordãdo opi. cõſuluit Lud. ro. in ſuo ꝯſi. ccxj.
in vltimo dubio. Ubi diſtinguit qd̃ aut ſum⁹ i iudicio vniuerſa
li. ſ. qd̃ i inſtr̃o ꝯtinet̃ aliq̄d vniuerſale nõ liq̄datũ ⁊ tũc procedit
ſcd̃a opi. Bar. ꝙ ſatis ẽ ꝙ fiat liq̄datio i ꝓceſſu. Hoc pꝫ q̄ Bar.

monetur per gl.in.d.l.j.que loquit in ſentẽtia lata in iudicio vni-
uerſali. Itẽ qꝛ habet i.l.defenſiõis facultas vbi ſnia fuit lata ſup
vniuerſo patrimonio. Igitur itelligi dꝫ ſm iura que alleg.iuxta
no.p Bar.in.l.nõ ſolũ.§.liberatiõis verbũ.ff.de libe.lega. Aut ſu
mus in iudicio particulari ſicut eſt caſus noſter:ꝛ tũc peti nõ pt
executio inſtrumẽti nõ liquidi niſi prius liqdet:ꝛ ſm iſtam cõcor
diã caſus noſter eſt deciſus. ¶ Scdo ↄcordãdo illas opi.alio mõ.
Nã aut ſtatutum ſimpliciter vult ꝙ inſtrumẽtũ habeat executio
nem:ꝛ petitur executio inſtrumẽti nõ liquidi:ꝛ tunc qꝛ imediate
nõ ↄceditur executio ſed diſputatur i iudicio executiuo:an execu
tio ſit cõcedẽda:ꝛ tũc poteſt ꝓcedere opi.Bar.in.d.l.j.vt ſatis ſit
ꝙ inſtrumẽtũ liquidet pendẽte iudicio executionis. Aut ſtatutũ
immediate petita executione inſtrumẽti illã ↄcedit:ꝛ tunc nõ pt
cõcedi executio inſtrumẽti liqdi:ꝛ ita loquit Bar.in.d.§.notãdũ.
ꝛ ita ↄcordat opi.elegãs ꝛ verus iuris interpres do. Jo.de mõte
ſperello de peruſio alias do. Jo.petenarius ꝛ ſm iſtã opi.ego ſe-
pius cõſului:qꝛ primo etiã caſu ↄcedit executio ante liqdationẽ
in proceſſu. Igit ſi a principio ↄcedit executio dꝫ eſſe liquidũ. Sꝫ
in caſu noſtro a pñcipio ↄcedit executio qꝛ eſt ꝑceptũ de ſoluẽdo:
vt in.d.l.debitoribus.ff.de re iudi. Igit inſtrumentũ liquidũ eſſe
debet. ¶ Et ꝙ executio cõcedi nõ poſſit ante liqdationẽ tꝫ Are.
in ſuo ↄſi.xxj.in tertio dubio.ꝛ in ſuo ↄſi.xxxij.i primo dubio. Et
licet ſtatutũ in caſu noſtro cõcedat illi in quẽ eſt factũ ꝑceptũ ter
minũ quindecim dierũ ad ſoluẽdũ.ꝛ interim ad allegandũ ꝛ pro
bandum quare ſoluere nõ teneat nõ tñ per hoc dici poteſt ꝙ nõ
ſit facta executio inſtrumẽti ꝛ datus termin⁹ ad ſoluẽdũ ſi nõ oſtẽ
dat cãꝫ qꝛ nõ debeat ſoluere.ꝛ eſt vnus mod⁹ exequẽdi quẽ ponit
Bar.in.l.defendẽte.ff.de autori.tuto. Quinimo dico indubitan-
ter p dicta verba ꝙ ꝑcedere dꝫ liquidatio.ꝛ oſtẽdo clariſſime.nã
ponamus ꝙ ꝓducatur inſtrumẽtũ nõ liquidũ put in caſu nr̃o.ꝛ
re⁹ nihil ꝓbaret.qꝛ ſoluere nõ deberet.ꝛ etiã actor nihil ꝓbaret.
ſtatutũ vult ꝙ reo nihil ꝓbante virtute precepti facti reus oĩbus
iuris remediis ſublatis ſoluere cõpellat.ꝛ ſic cõcederet executio
inſtrumẽti nõ liquidi ↄtra omnia iura ꝛ autoritates:ex quo pꝫ
ꝙ qñ deuenit ad dictũ preceptũ inſtrumẽtũ dꝫ eſſe liquidũ ꝛ nõ
liquidãdum ex intentione dicti ſtatuti:ꝛ tunc bene ſtat ꝙ re⁹ hꝫ
probare ꝙ ſoluere nõ dꝫ:ꝛ ſic reo nihil ꝓbante fieret actualis exe
cutio:alias ſi ꝑceptum fieret reo poſtea nihil probante fieret actu
alis executio inſtrumenti non liquidi qđ nõ eſt dicendũ vt ꝓbat
clare Areti.ꝑceptor meus in dictis duobus cõſiliis.ꝛ iſtud funda
mentũ apud me eſt clariſſimũ. ¶ Tertio ꝛ vltimo cõcluſio firma
ta in ꝑcedẽti capitulo firmat multũ clare ex verbis ſtatuti dũ di-
cit.ſi qs prima facie apparuerit aliqd habere debere p chartã ꝛc.
que verba ſignificãt ꝙ ad hoc vt habeat locũ ſtatutũ ex pria facie
inſtrumẽti apparere dꝫ ꝙ ſit creditor alias ſtatutũ ꝙ ẽ exorbitãs
non hꝫ locum.l.ꝙ vero.ff.de legi. Sed in caſu nr̃o non apparet ex
prima facie ꝙ ſit creditor. Igitur tale preceptũ fieri non debuit.
¶ Stante enim iſta ſimul ꝙ qs in veritate ſit creditor:ꝛ tñ ex pri
ma facie inſtrumẽti debiti nõ cõſtat iſtos creditores qꝛ ſunt here
des eoꝝ qb⁹ ſunt iura ceſſa:ꝛ tñ i veritate ſunt creditores ſm bal.
ꝛ alios in.l.j.ff.ſi cer.pe. Itẽ ꝙ ex pria facie appareat creditor ali-
quis ꝛ tñ in veritate nõ ſit:ſi poſt inſtrumẽtũ eẽt facta ſolutio pa
ctũ de nõ petẽdo:liberatio vl' qd ſimile iuxta.l.creditores.ff.de v.
ſig. Unde ſtatutũ cũ vult ꝙ deueniatur ad iſtũ actũ executiõis ſi
apparet ex prima facie ꝙ ſit debitor. Ideo cõcedit ꝙ reus ꝓbare
poſſit contra preceptũ qđ ſoluere non tenet de qua executiõe po-
nit bar.in.d.l.defendente.ff.de auto.tu.ꝛ ſic ſi apparebit nõ debi-
tor reſoluet preceptũ alias compelleret ſoluere. Ex quo ſeqtur ꝙ
qñ prima facie nõ apparet creditor non cõcedit tale preceptũ:qꝛ
executio vt dictũ ẽ:qꝛ reo nihil ꝓbãte cõcederet cõpulſio actualis
etiã actore nihil ꝓbãte:ꝛ ſic iſtrumẽti nõ liquidi cõtra notata in
d.§.notandũ.ꝛ p Bal.in.d.l.ſi cãm iudicati. Uerba enim prima
facie ſignificãt ꝙ ex facie inſtrumẽti iſta ↄſtet:lꝫ poſſet aliter res
ſe habere vt ꝓbat tex.i.l.alieno i.§.fi.ff.de fideicõ.liber.ꝛ pꝫ i.c.ad
audiẽtiã.extra de reſcri.ꝛ in.c.dilectis filiis.de app.ꝛ i.l.vnica.§.
ſi võ.C.de cadu.tollẽ.ꝛ ſic ſtatutũ nõ ↄſiderat veritatẽ ex pte rei ſꝫ
apparentiã ex parte ſcripture ꝛ figure. Ideo vult qđ ex apparen
tia ↄcedat executio ꝛ poſt de veritate cognoſcatur ſi reus ſe oppo
nit ꝛ ꝓbat qđ ſoluere nõ dꝫ. ¶ Ex qbus indubitãter ↄcludo nõ
potuiſſe deueniri ad iſtũ actũ executiõis ꝑcepti de ſoluẽdo ante-
ꝗ̃ inſtrumentũ eſſet liqdatũ.ꝛ iſta ſunt extra diſputationẽ facta
in allegationib⁹.qꝛ lꝫ idẽ eſſet dicẽdũ in heredibus ꝛ ceſſionario
debebat hoc ante liqdari in aliis me remitto ad dños ſubtiliter
allegãtes. ¶ Sꝫ poſito qđ rite ꝓceſſum fuiſſet ad iſtum actũ exe-
cutionis p viam ꝑcepti de ſoluẽdo tñ ex quo p reos probatur de-
bitũ de inſtrumẽto feciſſe ſolutum.dicitur precepto ſatiſfactum.
ex quo iuxta formã ſtatuti ſatiſfactũ fuit ꝙ aut ſoluerẽt infra.xv.
dies aut probarẽt quare ſoluere nõ tenẽtur. Sed i caſu noſtro ꝓ-
bata eſt ſolutio. Igit ſublatum eſt debitum.inſti.qui.mod.tolli.
obli.in prin.dicit ꝓbatum p id qđ ſoluere nõ tenẽtur.ꝛ dicit ꝑce-
pto alternatiuo ſatiſfactũ.nam ad veritatem alternatiue ſufficit
alterum implere.l.ſi heredi plures.ff.de cõdi.inſti.ꝛ in.l.ſi is q du
centa.§.vtrunqꝫ.ꝛ ibi Bar.ff.de reb.dub. Quod autẽ ſit probata
ſolutio patet. Nã extat ſtatutum ſub rubrica de probatiõe libera
tionis contra publicũ inſtrumẽtum.vbi dicit ꝙ ſi inſtrumẽtũ de
biti quod ſit cõmune ſit penes debitorem ꝑſumitur debitũ eſſe ſo
lutum debitore iurante ꝙ debitũ eſt ſolutum.cũ ergo in caſu no
ſtro reperiatur inſtrumẽtũ debiti nõ cõmune apud debitorẽ ꝑſu
mitur debitũ eſſe ſolutum ex ꝑſumptione inducta a ſtatuto que
dicitur eſſe liqdiſſima probatio.l.licet imperator.ff.de leg.j.l.ſi qs
locuples.ff.de manu.teſta. ¶ Sed cõtra hanc cõcluſionem plura
allegãtur. Primo cum laudum emologatum habeat inſtar trãſ
actionis.ꝛ ſic cõtractus ꝛ ſecũda obligatio contineat longũ tẽp⁹
ſolutio dr facta nouatio. Primũ ꝓbat in aut.ſi vero cõtigerit.C.
de iudi.ꝛ per Bar.in.l.ſi ſocietatẽ.§.arbitroꝝ.ff.pro ſocio. ¶ Se-
cundũ tenet Bar.in.l.pe.ff.de preto.ſtipu.ꝛ cõmuniter approba-
2 tur.† Igitur inſtrumẽtum prime obligationis non dicit ampli⁹
inſtrumẽtum debiti poſt laudũ:ꝛ cõſequenter verba ſtatuti dum
dicit ꝛ ſi inſtrumẽtum debiti non verificant.ꝛ per conſequẽs non
verificatur diſpoſitio.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolu.matrimo. Itẽ nõ
ſubeſt rõ ſtatuti qꝛ nõ videt curaſſe creditor de tali iſtrumẽto cre
diti nouati. Igitur nõ dꝫ ſolutio ꝓbari vt dicit dñs iudicãs. Sꝫ
ad hoc rñdetur ꝙ nõ cẽſetur facta nouatio:hoc eſt vnius obliga
tionis in aliam trãſfuſio. Sed eſt noue actiõis ad veterẽ adiectio
ſicut dicimus in ſententia i.l.j.C.de iudi.cui eqparatur laudũ ar-
bitratoris emologatũ qñ hꝫ executionẽ paratam. Imo ſententia
eſt ſm Bar.in.l.quid ergo.§.ex compromiſſo.ff.de his q notã.in-
fa.ꝛ per Bar.ꝛ Bal.in.l.ij.vbi ꝛ apud quos. ¶ Preterea ꝛ ſecũ-
do poſito ꝙ habet inſtar tranſactionis nõ preſumitur nouatio
hodie nec ipſo iure nec ope exceptionis per tex.in.l.fin.C.de noua
tio.ꝛ iſta videt hodie magis cõmunis opi.ſm quã dñs Alex.pre
ceptor meus ſepe conſuluit de quo plene per ipſum in.l.qui vſum
fructum.ff.de ver.obl. ¶ Tertio qꝛ arbitrator abſoluit a pño de
bito inſtrumenti ſaluo ꝙ infra dicaꝫ que reſeruatio operat ꝙ in
quãtitate in qua poſtea ſit cõdẽnatio nõ vult ꝙ ſit abſolut⁹.ꝛ ſic
remanet obligatus virtute prime obligatiõis ad hoc text.in.l.itẽ
labeo.§.j.ff.fami.erciſ.ꝛ ibi glo.ꝛ doc.ſi ergo voluit obligationeꝫ
remanere. Igit non ſit nouatio ſm Bart.in.l.pe.ff.de ꝑto.ſtipu.
ꝛ hoc maxime:qꝛ in cõdẽnatione dicit pro reſiduo q̃ verba ſigni-
ficant ꝙ dicta quãtitas reſidui debetur eodẽ iure quo totuꝫ ꝙ ꝓ
ſupponit ꝙ debebatur.arg.eius quod habetur i.l.cũ ex plurib⁹.
3 ff.de ſolu.cum ſimi. ¶ † Poſtremo dico ꝙ in omnibus caſib⁹ in
quibus inducit nouatio ſiue ipſo iure:ſiue ope exceptionis:illud
ꝓcedit qñ ſcđa obligatio ſit mediãte ſtipulatiõe.qꝛ p ſtipulatio-
nẽ ſit nouatio:ſꝫ p aliũ ↄtũ nõ ſit nouatio niſi expſſe agat.l.item
illa.§.ſi.ff.de cõſti.pecu.no.Bar.i.l.j.ff.de nouatio. Igit licet quã-
do in ſecunda ſtipulatione continet eadẽ ſumma longiori die ſol
uenda ſiat nouatio non ſit qñ quis dicto modo obligatur p aliũ
cõtractũ. Igitur licet de nouo per arbitramẽtũ ad idem obliget
longiori die nõ ſit nouatio niſi expreſſe agatur.quinimo vt ſupra
dictum eſt potius eſt actũ ↄtrium. ¶ Nec ob.emologatio cum pro
miſſione de obſeruãdo contenta in laudo:qꝛ per illã non ſit no-
uatio triplici ratiõe. Prima ratio eſt qꝛ in illa quilibet ꝓmittit
obſeruare contenta in laudo:nõ autẽ in prima obligatiõe ꝛ pro-
miſſione. Unde nõ agit de coꝝ nouatiõe ſed contẽtoꝝ in laudo ad
4 que habetur relatio.† Sed illa nouare nõ cẽſet.qꝛ incõtinẽti iter
poſita ſtipulatione ſup alio ↄtractu nõ ſit nouatio.l.duo ſocieta-
tem.ꝛ ibi Bar.ff.pro ſocio.ꝛ per Bar.in.l.ſingularia.ff.ſi cer.pet.
¶ Secũdo qꝛ emologatio ꝓceſſit qꝛ ptes iuſſu arbitratoris illã
fecerũt. Unde cenſent coacti illã feciſſe ſm Bar.in.l.furti.§.qui iuſ
5 ſu.ff.de his qui.no.infa.† Sꝫ ſtipulatiões q̃ ex neceſſitate interpo
nunt nõ nouant niſi expſſe agat.l.iij.ff.de ꝑto.ſtipu.ꝛ.l.ij.§.j.ꝛ ibi
no.Bar.eo.ti.cuꝫ ſi. ¶ Preterea ꝛ tertio clauſula emologatiõis
venit ad fortificationẽ ↄtract⁹ ꝛ eius executionẽ. Igit nõ dꝫ am-
pliare effectũ arbitramẽti primi:vt in cle.j.de ꝓbẽ.ꝛ gl.in.l.patro
nus.§.patronũ.ff.q̃ in frau.patro.ſꝫ poti⁹ intelligi dꝫ ſm naturã
act⁹ ſuper quo apponit.l.ſi ſtipulat⁹.ff.de vſur.ꝛ ex quo ꝓmittũ-
tur ↄtenta in trãſactione:ꝛ reſpectu tranſactiõis nõ inducit no
uatio:qꝛ incõtinenti ptꝫ ꝙ nõ fuit inducta aĩo nouãdi. Igit nõ
dꝫ nouationẽ inducere.l.nõ oĩs.ff.ſi cer.peta. Si ergo nõ fuit idu-
cta nouatio igit cũ reperiat inſtrumẽtum debiti penes debitoreꝫ
iurãtẽ ſe ſoluiſſe ꝓbat ſolutio ex forma ſtatuti.ꝛ ſic ꝙ eſt ſublata
nõ ſolũ obligatio iſtrumẽti ſꝫ ẽt arbitramẽti ꝛ emologatiõis qꝛ
ſolutiõe ei⁹ quod debet oĩs tollit obligatio.iſtitu.quib⁹ mo.tol.
obliga.in prin. Unde ſi eſſent mille oẽs tollunt qñ vniuerſalis oĩs
omnia comprehendit.l.a ꝓcura.C.manda.ꝛ.l.omnes.C.ſine cẽſu
vel reliquis. ¶ Scđꝫ qđ allegat i ↄtriũ ẽ qꝛ dr ꝙ creditor cogitare
poterat illud eſſe inutile ꝓpter arbitramentum. Unde cũ ſumi
poſſit alia cõiectura nõ debet preſumi liberatio.ſm Bart.in.d.l.
labeo.§.j.ff.de pac.ſed ad hoc reſpondet ꝙ cum eſſet inſtrumẽtuꝫ
vtile

vtile qꝛ cõtinebat obligationẽ validã cum noſtra intereſſit plures
habere actiones ad hoc no. Bar.in.l.iij.§.ſi rem.ff.de leg.iij. Itẽ
dicũt aduocati ꝙ intererat qꝛ non poterat peti executio arbitra
mẽti nõ ꝓducto inſtrõ obligationis alleg. Alberi.de roſa.in aut.
ſi quis in aliquo documento.C.de edẽ.⁊ quilibet preſumit̃ ſcire iu-
ra.l.leges.C.de legi.itẽ in caſu noſtro apparet ꝙ ceſſionarius vo-
luit in actu ceſſionis dicti inſtrm̃ vnde reputauit vtile.⁊ volun-
tas mutata non preſumit̃.l.cum tacitũ.ff.de ꝓba.itẽ videmus qḋ
poſt ꝓduxit.⁊ ſic reputauit vtile vnde a principio et nũc apparet
qualis fuerit intẽtio eadẽ ergo fuiſſe cenſet̃ medio tpe.argu.eius
qḋ no. Bar.in.l.celſus.ff.de vſucap. ¶ Preterea contradictã pre-
ſumptionẽ ſtatuti.itẽ iuris cõis cũ repiat̃ inſtrm̃ cãcellatũ ⁊ inci-
ſum penes debitorẽ.l.chirographũ.ff.de.ꝓba.⁊ ꝑ Bart.in.d.l.la-
beo.§.j.adeſt ẽt p̃ſumptio alia ꝙ ẽt inſtrm̃ arbitramẽti repit̃ can-
cellatũ q̃ ẽt arguit vt in dictis iurib⁹ itẽ adſunt p̃ſumptiões plu
res qꝛ multo tpe ſtetit quo mortuo debitore nõ petiit:⁊ alie dedu
cte ꝑ p̃ẽ dño ius dicẽti:ex qb⁹ clare tollit̃ modica preſumptio in
ꝯtrũ allegata.l.ſi.ff.de in inte.reſt.ti.gñali.⁊ in.l.ob carmẽ.§.teſtes
ff.de teſti.cũ ſimilibus. ¶ Tertiũ qḋ allegat̃ eſt ꝙ iuramẽtũ ſolu-
tionis nõ eſt p̃ſtitũ ꝑ debitorẽ:ſed ꝑ heredes q interrogati de cau
ſa neſciũt rõnẽ reddere p̃tẽſe ſolonis vnde vr̃ ꝙ tale iuramẽtũ nõ
trãſeat ad heredes tanq̃ nõ informatos:vt no.d.Alex.in.l.ſi.§.ſi.
ff.ne qs eũ q in ius vocat⁹ eſt vi eximat.⁊ no.Bal.in.l.bone fidei.
C.de reb.cre. ¶ Sʒ ad hoc rñdẽt dñi aduocati ꝙ motiuũ procede
ret qñ eſſet a iudice deferẽdũ ſec⁹ qñ deferret̃ a lege qꝛ tũc ẽt heres
iurare põt de facto defuncti ita voluit glo.in.d.l.ſi.§.ſi.ff.ne quis
eũ.⁊ ita tʒ ibi dñs Alex.dicẽs qḋ idẽ tenuit Guil.de cu.⁊ Roma.
in.d.l.q bona.§.dãni.ff.de dã.infec.ꝙ autẽ in caſu nr̃o dicat̃ dela-
6 tũ a lege ptʒ:† qꝛ qñ ſtatutũ vult ſtari iuramẽto alicuius nõ expe-
ctat̃ qḋ iuramẽtũ deferat̃ a parte vel a iudice ſm Bal.no.in.l.ad
monẽdi.ff.de iureiur.⁊ d.Alex.in.l.ait p̃tor.in prin.ff.eo.tit.⁊ hoc
maxime ꝓcedit in filio in quo p̃ſumit̃ ſciẽtia geſtoꝝ a patre:iuxta
l.octaui.ff.vñ cogna.⁊.l.de tutela.C.de in integ.reſti.titu.gñali.ſo-
lẽt enĩ parẽtes ꝯferre facta dom⁹ cũ filiis valet aũt argu.a cõiter
accidẽtibus.l.neqꝫ natales.C.de proba. ¶ Preterea allegat̃ debi-
tũ eſſe ſolutũ:⁊ p̃ſtat̃ iuramentũ ꝑ heredẽ iſta autẽ pñt referri ad
ſolutionẽ defuncti ⁊ ad ſolutionẽ heredis igit̃ fiat relatio ad id
qḋ fieri põt meli⁹ ⁊ validius.ſ.ad ſolutionẽ heredis.argu.l.ſi qs
intentione ambigua.ff.de iud.de cã aũt nõ allegata in iuramẽto
remitto me ad aduocatos.ſ.ꝙ nõ fuit interrogat⁹:⁊ ſi fuiſſet vel
interrogaret̃ ⁊ cogeret̃ dicere bñ rñderet vñ nõ obſtat ſicut dici-
mus in teſte in.l.ſolã.C.de teſti.⁊ in.c.cãm.de teſtibus. ¶ Ad vlti-
mum dicit̃ ꝙ vtraqꝫ obligatio durabat ex vtroqꝫ inſtrõ ſed qꝛ ꝓ
batur ſolutũ oĩno tollit̃ obligatio vt dixi.inſti.qb.mo.tolli.obli.
in prin.ſed qñ tolleret̃ vna ex duabus cauſis puta annullata eſſet
cã inſtri vel cã arbitramẽti tũc remaneret alia ⁊ ita loquunt̃ q̃ in
ꝯtrũ allegant̃:ad hoc tex.cũ ibi not.in.l.ſi mater.§.eãdẽ.ff.de exce.
rei iudic.ſicut in ſimili qñ iurat̃ ſup facto ꝙ non eſt debitũ tollit̃
reſpectu omniũ p̃ſonarũ q̃ p̃tẽdunt̃ obligate puta reoꝝ debendi
⁊ fideiuſſorũ ⁊ cauſarũ:vt in.l.duob⁹.§.a fideiuſſore.⁊ ibi no.⁊ in
l.ſi.ff.de iureiu.⁊ no.Bar.in.l.duob⁹.in.iiij.⁊.v.q.ff.de duob.reis.
Laus deo. Bartho.Soci.⁊c.

¶ Summarium.

☞ Ibi ex narratis in libello põt colligi poſſeſſoriũ intentatũ cenſe
tur intentatũ ⁊ ante cãm ꝓprietatis dʒ de illo cognoſci ⁊ poſtea
ſubiiciuntur quedam alia in materia ſimulati contractus.

1 Appoſitio clauſularũ inſolitarum in inſtrumento arguit ipſum
ſimulatum.

2 Cauſa timoris ⁊ ſuſpitionis apparere debet ad hoc vt actus alie
nationis ſimulatus cenſeri debeat.

3 Bona piratarũ poſſunt a quocũqꝫ capi quouſqꝫ durant pirate.

4 Clauſula ⁊ ꝯiectura nõ eſt ſufficiẽs ad augẽdũ ꝯtractũ ſimulatũ.

5 Lex vel ſtatutũ ſi non exigit plenã ꝓbationẽ ſed cõtenta ſunt ſo-
lis argumentis ſufficit teſtes examinare ſine partis citatione.

6 Probatio ſufficiens dicitur que inducit iudicẽ ad credulitatẽ.

7 Poſſeſſio acquirit̃ per procuratorem dño ignoranti ⁊ nõ actio.

8 Receptare differt a receptatum habere.

9 Ille qui tenetur ex receptatione ſi illam ſine culpa ⁊ coacte fecit
non tenetur.

10 Treuga licet ab vna parte ſit rupta tamẽ altera pars illam cor-
rumpere non poteſt ſed ſeruare tenetur.

¶ Conſilium.xc.

¶ Dñs labia mea aperiat ⁊ ſpũs ſctũs illuminet intellectum.

In cauſa magnifici Petri de medicis ⁊ ſocioꝝ eius ſr ꝑ reſtitutione nauis agi-
tata in magnifica Ianue ciuitate in qua alias breui-
bus propter tẽporis breuitatẽ ⁊ celeritatẽ conſului viſis relatiõe
facta per quoſdã iuriſcõſultos:⁊ ſentẽtia lata iuxta eoꝝ reuela-
tionẽ arbitroꝝ partes illuſtriſſimi domini Ludouici ad que ha-
bitus eſt recurſus iuxta capitula treuge etiã in ꝓnũtiãdo bene
fuiſſe ⁊ eſſe recurſum ad illuſtriſſima dominationẽ ſuam ⁊ male
fuiſſe:⁊ eſſe iudicatũ ꝑ primos iudices ⁊ cõdemnando ad reſtitu
tionem poſſeſſiõis dicte nauis cũ aliis reb⁹ ablatis:⁊ ad dãna ex
penſas ⁊ intereſſe ⁊ ſuppoſitis aliis dictis ⁊ his que late ſunt de
ducta in prima inſtãtia ꝑ dños aduocatos circa multa q̃ in ꝯtrũ
obiiciebant̃ ſup qbus dñi ꝯſulentes referẽtes nõ faciũt fundamẽ
tum ꝓ pte aduerſa tñ ꝓſequar q̃ in eoꝝ cõſilio adducunt̃ pro-
pter que referũt partes dñoꝝ iudicũ eſſe in abſoluẽdo reos eſſe vi
ctos ⁊ in primis nõ põt negari ꝙ agẽdo poſſeſſorio recuperande
non fuiſſet aptius ⁊ melius cõcluſum ad reſtitutionẽ poſſeſſiõis
nauis per que verba vr̃ petitoriũ intẽtari ſm Spec.in ti.de reſti.
ſpol.⁊ Bal.in.l.pe.C.de ſentẽ.q̃ ꝓ cert.quãtita.qm̃ aliud eſt res
aliud poſſeſſio rei.l.ſi duo.ad ſi.ff.vti poſſidetis.l.qui reſtituere.ff.
de rei vendi.⁊ cõſuluit Fede.de ſe.con.cclxxxiij.incip.conſilium
latum.⁊ Archi.in.c.reintegrãda.iij.q.j. ¶ Attamẽ ⁊ dicta verba
peto rem reſtitui poſſunt etiam concludere in poſſorio:vt dicit
Spe.in.d.verſi.⁊ not.Bal.in.d.l.pe.⁊ eſt caſus clarus in.c.cũ ad
ſedẽ.extra de reſti.ſpol.vbi petitio eccleſie cũ ptinẽtiis habet ſe ad
petitoriũ ⁊ poſſeſſoriũ ⁊ ad hoc illũ tex.põderãt ibi do. Anto.et
Jo.de imo.ſʒ in caſu noſtro lʒ petitũ ſit nauẽ reſtitui:⁊ ſic iſta ver
ba poſſent ſe habere pariter ad petitoriũ ⁊ poſſeſſoriũ tñ conce-
di dʒ ſolũ poſſeſſoriũ intẽtatũ:qꝛ narratio tñ ſe hʒ ad poſſeſſoriũ
cũ narret̃ tñ pacifica poſſeſſio ⁊ nõ dñium ⁊ nõ ſpoliatio ꝑ vim
⁊ petit̃ reſtitutio rei:itẽ ⁊ dãna illata rõne iniuſte inuaſiõis ⁊ oc
cupationis. ¶ Ex qbus primo narratis apparet ꝙ ſolũ poſſeſſo
rium eſt intẽtatũ ex qua narratione declarat̃ intẽtio libellãtis vt
in ſpecie in caſu noſtro dicit do.Anto.in.d.c.cũ ad ſedẽ.ꝑ illũ tex.
licet qñ ꝯcluſio nõ põt ad narrata adaptari poti⁹ inſpici debeat
cõcluſio.⁊ ita intelligit tex.in.c.ex parte.h.de foro cõpe.cũ ſimili-
bus. ¶ Cõfirmant̃ ſcdõ nã ex illa ſcdã pte cõcluſionis in qua pe-
titur cõdẽnatio et dãna rõne iniuſte inuaſionis ⁊ occupationis
oſtẽdit̃ qḋ eſt inteſtatũ poſſeſſoriũ in quo iſta ꝓprie eſt cõcluſio.l.
j.§.q autẽ.⁊.§.nõ ſolũ.ff.de vi ⁊ vi arma.vna autẽ pars concluſio-
nis ab alia declarat̃.l.vtrum.ff.de peti.here.bene facit text.in.l.j.
ff.de reb.dub.cũ ſimili. ¶ Tertio hoc idẽ ptʒ:qꝛ ipſemet actor in
oĩbus replicationibus ſuis declarat ſe poſſeſſoriũ intẽtaſſe:⁊ i eo
ſolo inſiſtit ⁊ qḋ nõ audiat̃ pars aduerſa ſup his exceptionibus
ante reſtitutionẽ verba autẽ libelli ſunt intelligẽda ⁊ declaranda
ſcd̃m intentionẽ libellãtis.l.ſi quis intẽtione ambigua.ff.de iudi.
cũ ibi no.idẽ ſi opus eſt improprtari dʒ vt intẽtio petẽtis ſalue-
tur.l.ſi olei.ff.loca.⁊ in.l.ſed ſi poſſeſſori.§.itẽ ſi iurauero.ff.de iure-
iuran.cum vulgaribus. ¶ Ex qbus cõcludit̃ ꝙ intentatum fuit
ſolũ poſſeſſoriũ recuperãde ſed poſito ꝙ eſſet ſolũ petitorium in-
tentatũ nõ põt negari quinetiam poſſeſſoriũ fuerit intẽtatũ cũ
cõis narratio cõcludat ad poſſeſſorium vnde illa verba nauẽ re
ſtitui cõcludũt ad vtrũqꝫ caſus eſt clarus.⁊ ibi do.Anto.Joã.de
imo.in.d.c.cũ ad ſedẽ ⁊ maxime qꝛ actor poſtea hoc declarat per
d.l.ſi quis intentione ambigua.quinimo ex quo narrata ſunt re-
ſpicientia poſſeſſorium licet ſpecifice ⁊ expreſſe tantum cõcluſum
eſſet in petitorio:tñ ſi ꝓbatum eſſet in poſſeſſorio propter narra
tionẽ ⁊ clauſulã iuſtitiã miniſtrari dʒ actor in poſſeſſorio obtine
re vt voluit no.Inno.quẽ ſequit̃ Jo.cal.⁊ do.Anto.⁊ Abb.in.c.
cum dilectis.de ordi.cogni. ¶ Ex qbus in propoſito dico qḋ po
tuiſſet ſimul intẽtari ⁊ petitoriũ ⁊ poſſeſſoriũ recuperande:qꝛ nõ
habẽt adinuicẽ repugnãtiã.l.cũ fundũ.§.ſi.ff.de vi ⁊ vi arma.⁊ eſt
tex.in.d.c.cũ ad ſedẽ.tradũt oẽs in.l.naturalr.§.nihil cõe.ff.de acq
ren.poſ.⁊ in.l.⁊ ordinarii.C.de rei vẽdi. ¶ Scdõ dico ꝙ cum con-
ſtiterit primo de poſſeſſorio debuit prius ſup eo iudicari ſm Cy.
in.l.incerti.C.de interdic.⁊ Inno.in.c.ſuborta.extra de re iudi.et
Bar.in.l.naturaliter.§.nihil cõe.ff.de acq.poſ.⁊ Jo.and.in.c.pa
ſtoralis.de cã poſſeſ.⁊ ꝓprie.⁊ hoc quo ad libellum. ¶ Scdõ inue
ſtigãdum eſt an verũ ſit ꝙ referunt prefati inſignes iuriſcõſulti
ꝙ inſtrumentum vẽditionis factũ Petro de medicis ⁊ ſociis de
anno dñi.1490.⁊.1491.eſt ſimulatum ⁊ nõ verum in quo faciunt
magnũ fundamẽtũ hoc aũt conant̃ oſtẽdere ex duobus. Primo
qꝛ vltimo inſtrumẽto venditionis eſt appoſita clauſula inſolita
apponi in huiuſmodi inſtrumẽtis voluit enim dñs venditor nõ
teneri ſi nauis euinceret̃ ⁊ moleſtaret̃ occaſione alicuius prede fa
cte piratarum more per dictum venditorem cũ dicta naui:qꝛ no
1 luit teneri propter Jannenſes cum quibus erat bellum † appoſi-
tio autẽ clauſularum inſolitarum arguit inſtrumentum ſimula
tum vt voluit glo.⁊ ibi Bal.Ange.⁊ Pau.de caſtr.in.l.ſi qs ſub
conditione.ff.de cõdi.inſti.ſed hoc fundamẽtum eſt multũ fragi-
le primo qꝛ falſum eſt qḋ dicta clauſula ſit inſolita nã de iure cõi
approbat̃ ꝯuentio gñalis qḋ qs de euictione non tenet̃.l.empto-
rem.in ſi.⁊ ibi glo.⁊ Bar.ff.de act.emp.⁊ ꝑ Bald.in.l.j.C.de pe-
ric.⁊ cõmo.rei vendi. ¶ Preterea ⁊ ſcdõ iſta clauſula manifeſte
2 arguit contractũ verũ ⁊ nõ ſimulatũ.iſta cõcluſio ꝓbat̃ † nam ad
hoc vt actus alienationis ſimulatus cẽſeri debeat debet cauſa ti-

moris ⁊ ſuſpitionis apparere ꝓpter quā ad defenſionē bonoꝝ
fiat alienatio vt declarat Bar. in ſuo conſil. lxiiij. incip. Petrus
nicole. ⁊ Bar. in. l. poſt cōtractum. ff. de dona. ⁊ per Pet. de ancb.
in ſuo conſi. ccxxviij. ſed in caſu noſtro non potuit dici quod ven
ditio fuerit ſimulata niſi ex eo qꝛ vēditor tenebat Jannenſes cō
tra quos piraticam artem exercuerat ⁊ ideo partes in veritate
nullū cōtractū fecerint ſed venditio ſimulata fuit ⁊ ſic imagina
ria ⁊ nulla iuxta. l. nuda. cū glo. ff. de cōtraben. emp. ⁊ in. l. imagi
naria. ff. de regu. iur. ⁊ p Bar. in. l. emptor. ff. de aqua plu. arcē. ⁊ in
d. conſi. qđ incip. Petrus nicole. ¶ Sed ſi iſta fuiſſet intētio par
tium pari mō rem tāq̄ ꝓpriam magnificus ⁊ ſocij defendere po
tuiſſent nauim. nam ſi nō fuiſſet appoſita illa clauſula eſt ac ſi eſ
ſet appoſita igit̄ non dꝫ cōtractū ſimulatū oſtendere illa eñ ar
guūt ſimulationē q̄ oſtendūt nimiaꝫ cautelam iuxta no. p Bart.
⁊ Saly. in. l. emptor. C. plus vale. q̄ agit̄. ſꝫ hec clauſula nō indu
cit nimiā cautelā: qꝛ idē fuiſſet ſi nō fuiſſet appoſita qñ ꝯct⁹ fuiſ
ſet ſimulatus ſolent eñ ſcđm cōiter accidētia a q̄bus validum eſt
argumentū in huiuſmodi. l. neqꝫ natales. ⁊ ibi gl. C. de ꝓba. ſ. cīe
tes cōtractū ſimulatū id q̄ eſt cā ſimulatiōis tacere ⁊ tacite agere
⁊ aliud exprimere: put ēt dicit Bal. per illū tex. in. l. ab anaſtaſio.
C. manda. facit. l. iiij. §. ſi ab ignoto. ff. de manu. ⁊ qđ no. Bal. in. c.
beneficiū. ſi de feu. fue. ꝯtrouer. inter dñm ⁊ agnatū. ⁊ Joā. mona.
in. c. auaricie. de elec. lib. vj. ſed in caſu noſtro expreſſerūt id quod
poterat eſſe cā ſimulationis: qꝛ timebat vēditor nauim moleſtari
ab his cōtra quos cū dicta naui piraticā artē exercuerat qꝛ vēdi
tor declarat ſe nolle in dicto caſu teneri volēs indēnitati ſue ꝓui
dere ⁊ ſic palā ⁊ aperte cōtraxit ⁊ nō ſimulate nō enim tali clau
ſula in cōtractu ſimulato opus erat. ¶ Quinimo talis clauſula
fuit cōueniēs rōne negocij de quo agebat̄ qꝛ cū venditor timeret
ne dicta de cā nauis ſua auferret̄: ⁊ ipſe cū ea eſſent ī loco tuto no
luit dicte nauis amplius periculū ſubire ſed hoc pacto vendidit
vt emptor periculū incurreret: hoc autē nō dꝫ in huiuſmodi caſi
bus videri inſolitū p id qđ plene tradit̄ in. l. ſed ſi quis. §. queſitū.
ff. ſi qs cau. ⁊ in. l. j. C. cōmo. ⁊ p doc. in. c. j. de cōmodato. ⁊ maxime
qꝛ emptor nō habebat hoc periculū timere dicta de cā qꝛ nauis
3 non erat ad hoc obligata † qꝛ lꝫ bona pirataꝝ poſſint a quocūqꝫ
capi: vt in aut. nauigia. C. de fur. tñ illud habet locū quouſqꝫ du
rant pirate ſeu quando ſunt piratarū tpe quo capiunt̄. qꝛ quali
tas adiuncta verbo debet eſſe tēpore verbi. l. in delictis. §. ſi detra
cta. ff. de noxa. l. ſi tibi. ff. de teſta. mili. p Bart. in. l. ex facto. in prin.
ff. de vulga. ⁊ pupil. nam finita cā odij finitur odium: vt. l. titia. §.
vſuras. ff. de leg. ij. per quē tex. dicit ibi Jac. de are. quem ſequitur
Bar. q̄ ſi ſtatutū dicat q̄ vxores rebelliū non poſſint ſtare in ci
uitate mortuis viris ſtare potuerūt. qꝛ nō ſunt ampli⁹ vxores re
belliū facit. l. cui eorum. §. affinitates. ff. de poſtulan. et notat Bal.
in. l. cum acutiſſimi. C. de fideicō. idem concludendum eſt in caſu
nr̄o qđ bona piratarū capi poſſunt donec ſunt in dominio ipſo
rum ſed ipſis alienatis capi non poſſunt qꝛ nō ſunt amplius pi
ratarum nec ſunt hypothecata qꝛ licet Bal. in. l. furti. C. de furt.
videat̄ hoc dicere bonis vſurarioꝝ quadā equitate canonica. tñ
contrariū cōiter tenet̄: vt voluit Jo. an. in. c. quāq̄. de vſur. in. vj.
⁊ Hoſtien. ⁊ dominus Anto. ⁊ dñs Abb. in. c. tua nos. de vſuris.
¶ Cōprobant̄. predicta qm̄ illa diſtinctio habita in dicta clauſu
la iūctis alijs obligationibus de q̄bus in inſtrumēto arguit veri
tatē cōtractus qm̄ ab his caſibus de quibus in clauſula venditor
non poterat nauim defendere: ſed emptor ſic ideo vēditor de his
teneri ⁊ emptor non curauit ſe ad illos caſus obligare ſed qꝛ ven
ditor ſciebat q̄ ob aliam cauſam ⁊ obligationem nauis non po
terat moleſtari quin ipſe defenderet extra illū caſum ſe ad defen
ſionē gn̄aliter obligauit emptor autē qui ex alijs cauſis vel qꝛ na
uis nō fuiſſet vēditoris: vel qꝛ fuiſſet alteri obligata: vel ſimilib⁹
cauſis nō poterit defendere voluit q̄ iuxta naturā cōtractus vē
ditionis venditor ad defenſionē ⁊ de euictione teneret̄ iuxta ple
ne not. per Bal. in. l. venditores. ff. de ver. obli. igitur vt dixi dicta
clauſula non fuit inſolita ſed ꝯueniens ⁊ veriſimilis negocio de
quo agebat̄ inſpicimus autē q̄ eſt veriſimile vt in regula inſpici
4 mus cum materia. de reg. iur. in. vj. † nec vna clauſula ⁊ ꝯiectura
ſufficiens eſt augēdū contractū ſimulatuꝫ licet inſolita quo ad
plenā probationem licet preſumptionē faceret et hoc eſt de mēte
glo. in. d. l. ſi quis ſub cōdi. ⁊ doc. eā allegātiū: ad hoc faciunt q̄ ha
bentur in. c. ad noſtram. ⁊ in. c. illo vos. de pig. ⁊ per Bal. Petr. ⁊
Cyn. in. l. iij. C. plus valere quod agitur. nec ſimulatio eſt ſpecifice
appoſita ⁊ allegata put fieri dꝫ iuxta ea que plene nota. ⁊ ponit
Bar. in. d. conſi. qđ incipit Petrus nicole. ⁊ Bald. in. d. l. ab ana
ſtaſio. C. manda. cum ſimil. ¶ Ex quibus ſine heſitatione conclu
dendum eſt qđ dicta clauſula contractū ſimulatū non facit imo
cōtractus talis iudicari dꝫ qualis ex facie inſtrumenti apparet
l. cū precibus. ⁊ ibi not. C. de proba. ⁊ p Bal. in. l. rogaſti. §. ſi tibi.
ff. ſi cer. pet. ⁊ Bal. in. c. j. §. ſi inſtrumentū. de notis feudo. ¶ Secū
do principaliter conatur pars aduerſa oſtēdere ſimulationē con

tractus ꝓpter aliū ꝯtractū alias factū de dicta naui inter dictas
partes quē ex multis conant̄ oſtendere ſimulatū. ¶ Ex quo infe
runt q̄ contractus poſtea de nouo factus ſimulatus cenſeri dꝫ ⁊
lꝫ dñi referētes non ꝓbent hāc conſequentiā de primo cōtractu
ad ſecundū videt̄ tñ oſtendi poſſe tū ratione vicinitatis tēporis
iuxta id qđ habet̄ in. l. ſi vētri. §. in bonis. ff. de priuile. credi. ⁊ per
Bar. in. l. poſt contractū. tū etiā qꝛ alias contractū ſimulatū fece
runt argu. no. in regula ſemel malus. de reg. iur. in. vj. ⁊ qđ tradūt
de ſolito fenerari in. c. ad noſtrā. de emp. ⁊ vend. ⁊ qꝛ per preceden
tia declarant̄ ſequentia. l. j. ff. de here. inſti. l. titia. §. idē reſpōdit. ff.
de verb. obl. ſed ꝓ certo iſta cōſequētia eſt multū a remotis. naꝫ ſi
ſimulata ſunt in primo contractu que arguūt contractū ſimula
tum non ſunt in ſecundo cōtractu igit̄ de vno ad aliū nō eſt bo
num argumentū: qꝛ ex diuerſis nō eſt bona illatio. l. naturaliter.
§. nihil cōmune. ff. de acqui. poſ. l. inter ſtipulāteꝫ. §. ſacrā. ff. de ver
bo. ob. in verbo ſed hec diſſimilia ſunt. ⁊ in. l. papinianus exuli. ff.
de mino. nec ex hoc qđ partes fecerint vnū contractum ſimulatū
re arguit̄ ſufficiēter qđ in eadē ſpecie contractus ſuper eadem re
fecerint cōtractū ſimulatū ſicut in ſimili dicimus. in vſurario qđ
licet ſolitus ſit facere contractus feneratitios ſimulatos tamen
non arguit̄ ſufficiēter qđ aliquis cōtractus ſit feneratitius ⁊ hoc
ſolo niſi adſint alie ſufficientes coniecture ſm̄ Pet. Cyn. ⁊ alios
in. l. iij. C. plus valere qđ agit̄. ⁊ p canoniſtas communiter in. c. ad
noſtraꝫ. extra de emp. ⁊ vendi. ⁊ in. c. illo vos. de pigno. ⁊ hoc ma
xime in caſu noſtro in quo oſtēdit̄ vnus cōtractus tm̄ ⁊ nō cōſue
tudo put in vſurario vna aūt hirundo nō facit ver. vt dicit Ari
ſtoteles primo ethicoꝝ. facit qđ no. in. l. iij. C. de epiſ. audiē. cuꝫ ſi
milibus. ⁊ fortius in caſu noſtro in quo arguit̄ de vno cōtractu
ſuſpecto ex facie ſui ⁊ alijs geſtis ad contractum non ſuſpectū q̄
nullibi reperit̄. l. illā. C. de colla. ¶ Preterea primus contractus
ſimulatus dici poſſet arguit potius ſcđm cōtractū fuiſſe veruꝫ ⁊
non ſimulatū: nā in primo contractu non cōſtat de venditiōe ſꝫ
ſolū confeſſio venditionis in ſecūdo apparet vera venditio: con
feſſio autē eſt magis ſuſpecta iuxta not. in. l. ſi. C. de ſponſa. ⁊ in. l.
qui teſtamētū. ff. de proba. ¶ Secūdo in primo eſt promiſſio pre
tij ſoluēdi: in ſecūdo eſt actualis ſolutio: ꝓmiſſio autē eſt magis
ſuſpecta ſicut cōfeſſio: arg. eius qđ habet̄ in. l. per diuerſas. C. mā
da. ¶ Item ⁊ tertio in prīo fuit ſtatutū p̄tiū. 2400. florenoꝝ in ſe
cūdo. 2000. florenos. qꝛ qñ vere emerūt Petrus de medicis et ſo
cij noluerūt emere pro tāto pretio ſed qñ ſimulate nō curauerūt
de pretij quātitate. ¶ Preterea ⁊ quarto qñ ſimulate fuit geſtus
contractus nō curauit vēditor teneri de omni caſu euictionis ſi
cut tenebat̄ ex natura venditionis: qꝛ vtiqꝫ in veritate periculuꝫ
erat ſuū ſꝫ qñ vere vēdidit voluit ſue indēnitati ꝓuidere q̄ nō te
neret̄ de caſu expſſo in ſcđo ꝯctu quē timebat vñ ex p̄miſſis mul
tū clare oſtendit̄ q̄ ſcđs ꝯct⁹ fuit vere geſt⁹ neqꝫ hꝫ aliquā ſuſpi
tionē ſufficiētē ad cōtractū ſimulatū: qꝛ ꝓpter appoſitionem pa
cti de quo in dicta clauſula ceſſat oīs timor ⁊ oīs ſuſpitio. argue
re ergo de ꝯctu multipl̄r ſuſpecto ad ꝯctū nō ſuſpectū pro certo
eſt multū a remotis vt dixi. l. papinianus exuli. ff. de mino. ¶ Cō
probant̄ p̄dicta nā inter primū contractū ⁊ ſecundū fuit maius
tēpus vnius anni ⁊ inter redditus nauis ex primo cōtractu: ⁊ ſe
cundū cōtractū fuit tp̄s duoꝝ menſiū decurſum ⁊ ſic inter hos
cōtract⁹ fuit tp̄is interuallū vnde ex geſtis ante per interuallū tē
poris nō pōt argui ꝯctus ſimulat⁹ ſm̄ Bal. Alexā. Saly. Pau. ⁊
Moder. in. l. pacta noniſſima. C. de pac. ⁊ Bal. Ang. ⁊ Jmo. in. l.
ſi quis cū aliter. ff. de verb. obli. ⁊ Bal. in. l. multū intereſt. C. ſi qs
alteri vel ſibi tradit̄ in. l. quoꝝ. ff. de here. inſti. cum multis ſimili.
¶ Ex quibus intrepide cōcludo qđ nedū ſufficienter: ſed neduꝫ
preſumptiue oſtēdit̄ ſcđm cōtractū ſimulatū ⁊ qđ rōnib⁹ nō pro
babili⁹ moti fuerūt dñi referētes ad dicendū contractū ꝓbari ſi
mulatū. ¶ Ex quibus inferēdo in ꝓpoſito noſtro cōcludēdū eſt
q̄ ꝓbata eſt poſſeſſio nauis Petri de medicis ⁊ ſocioꝝ quoniaꝫ
cū nauis poſſideret̄ a Joanne vēditore ⁊ in inſtrō vēditiōis fue
rit appoſitū fuit trāſlata poſſeſſio in emptore. l. quāuis. vbi gl. et
doc. ff. de acqui. poſ. ⁊ in. l. qđ meo. vbi Bar. in. l. celſus. ff. de vſuca
pio. ⁊ conſequēter preſumit̄ continuata ex quo poſſeſſio allegat̄
vſqꝫ ad tēpus ſpoliationis: vt eſt glo. ordi. cōiter approbata in. l.
ſiue poſſidetis. C. de ꝓba. ⁊ late ponunt dñs Anto. Abb. ⁊ alij in
c. cū ad ſedem. de reſti. ſpol. ⁊ per Bart. ⁊ doct. in. d. l. celſus. et ſic
ꝓbata poſſeſſione ⁊ ꝓbata ſpoliatione q̄ ex cōfeſſionibus partis
oſtēdit̄ ⁊ p teſtes examinatos in terra trapani qui ſup cā ſpolia
tionis ibi examinati poterūt etiā parte nō citata ſm̄ Bar. in. l. ij.
C. de naufra. lib. xj. ſequit̄ qđ Petr⁹ ⁊ ſocij ante oīa ſunt reſtituen
di ad nauim qñ oīa alia remedia ceſſarēt remedio canonis. c. redin
tegrāda. iij. q. j. ⁊ tradit̄ plene ī. c. cū ad ſedē. ⁊ ī. c. ſepe. de reſti. ſpol.
¶ Preterea ēt ex alio ꝓbat̄ poſſeſſio nauis petri ⁊ socioꝝ nā hoc
deponit vn⁹ ex teſtib⁹ ptis aduerſe ſup īterrogatorijs cui⁹ pſona
eſt approbata a pte aduerſa iuxta. l. ſi qs teſtib⁹. C. de teſti. q dicit
q̄ tpe occupationis Andreas Biacinus patrono negabat dictā
nauim

nauim noīe Petri ⁊ ſocioꝝ:⁊ſic ꝓbatur poſſeſſio Petri ⁊ ſocio
rum:qꝛ is dicit tenere ⁊ poſſidere cuius noīe poſſidet.l.qḋ meo.
cū ibi not.ff.de acq.poſſ.iſta ꝓbatio coadiuuat̃ ꝑ teſtes examina
tos in terra trapani ī qua primū potuerūt examinari ſup ſpolia
tione nauis ⁊ qs dicta naui fuerit ſpoliat⁹ ⁊ qs erat patron⁹ tūc
dicte nauis:q̄ teſtes potuerūt examinari parte nō citata attento
periculo ꝙ a loco vbi poterat iuſtitia hr̄i multū diſtabat nec poſ
ſent poſtea dictis teſtes examinari vt voluit Bar.notāter ī.d.l.ij.
C.de naufra.lib.xj.quē refert ⁊ ſequit̃ Ludo.roma.in.l.ſi vo.§.de
viro.ff.ſo.ma.xij.⁊.liiij.fallē.ex cuius dictis poſſet dicta opinio ſer
uari ⁊ cōꝓbari.bn̄ facit tex.in.c.j.ne ſede vacan.lib.vj.⁊ qḋ pul
chꝛe no.Bal.dicēs ſe ꝯſuluiſſe in.l.ius ciuile.ff.de iuſti.⁊ iu.¶Cō
firmat̃ hoc idē qꝛ patronus dicte nauis aſſeruit tpe capture ſe te
nere ⁊ traſigare noīe petri ⁊ ſocioꝝ ex quo ēt eſt p̄ſumptio ꝙ poſ
ſidebat̃ a petro ⁊ ſocijs ꝑ ea q̄ habent̃ in.l.ij.C.vbi in rē ac.facit gl.
l.ſi in rē.§.tignū.ff.de rei vē.¶Cōfirmat̃ hoc idē ꝑ teſtes examina
tos in ciuitate Piſarū:⁊ lꝫ teſtes fuerīt examinati pte nō citata
tn̄ talis examinatio excuſari pōt ex eo qꝛ iminebat neceſſitas par
uj tpis itē diſcrimina viarū pp bellū:⁊ attēta diſtātia loci vnde qꝛ
pīculū eſt in moꝛa:qꝛ foret ēt poſtea tpe debito nō fuiſſent reperti
potuerūt examinari parte nō citata.arg.eoꝝ que dicūt Hoſti.et
Jo.an.ī.c.qm̄ freqnēter.in p̄n.extra vt li.nō ꝯte.⁊ ſequit̃ do.Abb.
in.c.ij.in.iiij.col.de teſti.⁊ ꝙ pp pīculū in moꝛa valeat talis exami
natio cōſuluit Pe.de anch.in cōſi.cclxxij.inci.ex p̄dicta facti nar
ratione.⁊ in cōſi.ccccxx.⁊ tradit Domi.poſt Hoſt.in.c.j.ḋ homi.
5 lib.vj.¶†Cōfirmat̃ qꝛ ⁊ ſi examinatio facta pte nō citata nō pꝛo
baret tn̄ facit argumētū vn̄ dicūt Hoſt.⁊ Lap.in.d.c.j.de homici
dio.in.vj.qḋ ſi lex vel ſtatutū nō exigit plenā ꝓbationē:ſꝫ cōtenta
ſunt ſolis argumētis ſufficit teſtes examinare ſine partis citatio
ne ⁊ illos ſequit̃ Domi.in.d.c.j.§.fi.in.iiij.col.arg.autē dicunt̃ per
ſpicue p̄ſumptiones ſm̄ Jnn.ī.c.cū in dioceſi.de vſur.facit qḋ no.
Bal.in.l.ea qdē.de accu.vn̄ lꝫ ſingula nō ſufficerēt tn̄ oīa ſimul iū
cta ꝓbāt:qꝛ q̄ nō ꝓſunt ſingula multa iuuāt ſm̄ Bar.⁊ oꝛdina.
late in.l.admonēdi.ff.de iureiurā.⁊ ꝓ certo niſi velim⁹ nos ipſos
decipere oīa iſta inducere debēt iudicē ad perfectiſſimā credulita
6 tem.†illa aūt dꝛ ſufficiēs ꝓbatio q̄ iudicē ad crudelitatē inducit
qꝛ virt⁹ ꝓbatiōis arbitrio iudicis pōderat̃ ⁊ iudicat̃ an ſit ſuffi
ciēs.l.iij.§.tu magis ſcire potes.ff.de teſti.⁊ in.l.qnquagita.ff.de ꝓ
ba.vn̄de dicit eleganter do.Pau.de ca.in.l.admonēdi.ff.de iure
iurā.ꝙ lꝫ teſtes ſingulares nō pꝛobent tn̄ ſi ex illis iudex in credu
litatē deducit̃ pōt illis plene fidē adhibere licet iudices capitoſi
credere nolint:⁊ hoc idē exclamat Pau.de ca.in.l.luci⁹.ff.de his
q̄ not.infa.⁊ dicit hoc velle Bar.ibi vbi vult ꝙ lꝫ teſtes ſint cōte
ſtes tn̄ ex aliqb⁹ pōt iudex moueri ad nō credēdū ita pariter ecō
tra ſi nō ſunt ꝯteſtes dicit Pau.iudex pōt ſe mouere ad credēdū.
¶Pꝛobata igit̃ poſſeſſione ſuccedit cōcluſio de qua ſupꝛa:qꝛ ꝓ
bata eſt ſpoliatio:⁊ cōſequēter pꝛonūciari dꝫ nauis poſſeſſionē
reſtituendā eſſe.¶Sed reſtat rn̄dere ad duo in qnibus ſe fundāt
dn̄i referētes pꝛimū eſt qꝛ qḋ nō oſtēdit̃ ꝙ Joā.cābij ſit ſocius vel
inſtitoꝛ ſocietatis Petri ⁊ ſocioꝝ in ciuitate Piſarū qḋ erat ꝓ
bandū vt poſſeſſio q̄reret̃ Petro ⁊ ſocijs allegāt ea que dicit do.
Alex.in cōſil.clxxxvj.in.ij.vol.vn̄ nō fuit poſſeſſio acqſita Petro
⁊ ſocijs cū nō cōſtet ꝙ an̄ appꝛehēſam poſſeſſionē ꝑ aliū Petr⁹ ⁊
ſocij ratificauerint.ar.l.cōis ſeru⁹.in fi.ff.de acq.poſ.alleg.d.Ale
xā.in cōſi.ix.in.j.vol.inci.viſis acutiſſimis dubitationib⁹ in.xj.co.
vn̄ nō ꝓbata poſſeſſione petri ⁊ ſocioꝝ nō cōpetit poſſeſſoꝛiū re
cuperāde ꝑut tꝫ do.Ant.alleg.dn̄os de rota in.c.cū veniſſent.ex
tra de reſti.ſpol.ſꝫ ad hoc rn̄deo in p̄mis ꝙ imo Jo.cābij pꝛobat̃
ſoci⁹ ⁊ iſtitoꝛ hoc ptꝫ ꝑ plura inſtra pꝛo qb⁹ cū ſint plura p̄ſumū
tur ꝙ verū cōtineāt vt dicit no.Bal.in.l.optimā.arg.gl.ibi.C.de
ꝯhen.⁊ cōmit.ſtipu.⁊ ſic donec pꝛobet̃ ꝯtrariū ſtādū eſt iſtis inſtrīs.
¶Scḋo rn̄det̃ ꝙ nō ſolū Jo.cābij emit tanq̄ ſocius ⁊ inſtitoꝛ:⁊
ſibi tradita fuit poſſeſſio recipiēti noīe petri ⁊ ſocioꝝ ſꝫ ēt pꝛedi
cta oīa tabellio recipit noīe Petri ⁊ ſocioꝝ vnde cū ꝑ tabellionē
q̄rat̃ vtilis ignoꝛāti ſine ceſſione ſm̄ Bal.in.l.nō quaſi.ff.rem pu.
ſal.foꝛe.⁊ Bar.in.l.nō em̄.ff.de adop.⁊ ſequit̃ ibi Bar.dicens qḋ
totus mūdus ita obſeruat igit̃ etiā queſiuit poſſeſſionē ignoꝛan
ti q̄ facilius querit̃ quā actio ⁊ obligatio.l.ea q̄.ff.de acquir.rerū
7 domi.⁊ dicit no.Bar.in.l.q̄ mihi.in fi.qḋ†iō ꝑ pꝛocuratoꝛē acqui
ritur poſſeſſio dn̄o ignoꝛāti ⁊ non actio qꝛ poſſeſſio facilius ꝑ li
berā pſonā querit̃ igitur ſi acqrit̃ ignoꝛāti actio ꝑ notariū foꝛti⁹
⁊ poſſeſſio.¶Tertio ⁊ vltimo rn̄deo qḋ ꝓbat̃ ratificatio petri ⁊
ſocioꝝ ante appꝛehēſionē nauis nā pꝛobat̃ per vnū teſtē partis
aduerſe ⁊ per alios teſtes examinatos ī terra trapani ꝙ nauis qn̄
fuit capta erat ibi patron⁹ Andreas Biacin⁹ noīe petri ⁊ ſocio
rū vnde p̄ſumit̃ qḋ fuerit poſit⁹ a petro ⁊ ſocijs ex p̄cedēti cā em
ptionis:argu.l.ij.C.de acqr.poſ.⁊.l.quedā mulier.ff.de rei vēdi.et
tradit Bart.in.l.celſus.⁊ in.l.cū ſolus.ff.de vſuca.ex quibus con
cludit̃ nō obſtare dictā obiectionē.¶Scḋm ꝙ obijcit̃ ꝑ dn̄os re
ferētes eſt qḋ in capitulis treugue ꝯtinet̃ ꝙ neutra partiū poſſit
piratas receptare:nec eis aliquā cōmoditatē pꝛeſtare:ſꝫ domini
Floꝛētini ſciebāt vēditoꝛē eſſe piratā quē receperāt itē habuit cō
moditatē ptij nauis quē dicit̃ vēdita itē vendendi que ſi nō fuiſ
ſet vendita potuiſſet capi a quocūq̄ iuxta no.ꝑ Bal.⁊ Salyc.in
aut.nauigia.C.de fur.vnde ex quo dicti Floꝛētini venerūt contra
treuguā nō videt̃ qḋ debeāt gaudere beneficio treugue nec ꝙ eis
eſſet ſeruāda qm̄ qui in legē cōmittit legis beneficio gaudere nō
debet.l.fi.§.⁊ ſi perfectā.C.de iure delibe.nec etiā pacti:⁊ cōuētio
nis.l.cū pꝛoponas.C.de pac.nā etiā vno capitulo non ſeruato to
ta cōuentio nō eſt ſeruāda vt ꝑ Bal.in.l.pacta cōuenta.ff.de con
trahē.emp.voluiſſem videre capitula treugue que nō vidi.¶Jtē
qḋ ſunt pꝛobata in pꝛoceſſu neceſſaria ad oſtendēdūꝫ id qḋ affir
māt ꝑ qḋ dicūt vētū eſſe contra treuguā ſed iſtis omiſſis ad hanc
obiectionē rn̄deo dupl'r vel qḋ nō oſtēdit̃ vētū eſſe ꝯtra treuguā
vel qḋ poſito ꝙ oſtēderet̃ ventū eſſe ꝯ treuguā tn̄ Januēſes cōtra
treuguā venire nō poterāt.¶Pꝛimū ꝓbat̃:qꝛ poſito ꝙ ꝓbaret̃
ipſos receptaſſe dictū vēditoꝛē ipſum receptauerāt an̄ treuguā cū
pleno ſaluo cōductu:⁊ exiſtēte bello inter Januēſes ⁊ Floꝛētinos
vnde nō dicunt̃ receptaſſe ſꝫ bn̄ receptatū tenuiſſe ⁊ habuiſſe ar.
eius ꝙ no.in.l.iij.in pꝛin.ff.de acq.poſ.⁊ eius qḋ habet̃ in.l.ſemꝑ
§.hoc interdictū.ff.quod vi aut clā.qm̄ hoc receptare eſt qd facti
8 neq̄ ab aīo depēdet.†igit̃ aliud eſt receptare ⁊ receptatū habere
vt declarat notāter Bar.in.l.eū q.§.in popularib⁹.ff.de iureiur.
⁊ ſequunt̃ cōiter doc.¶Pꝛeterea ⁊ ſcḋo dictū capitulū factū cen
ſetur reſpectu piratarū qui artē tūc exercēt ne poſſint mediāte re
ceptione dāna inferre ⁊ ita fuit ptiū itētio ⁊ ad hūc finē tēdūt:
que intentio in pꝛimis ſeruāda eſt.l.cū mulier.cū ibi no.ff.ſo.ma
tri:ſꝫ in caſu noſtro Joānes poſt treuguā nunq̄ talē artem exer
9 cuit igit̃ nō includit̃ in.d.c.ex mēte partiū.¶†Pꝛeterea ⁊ tertio
ille q̄ tenet̃ ex receptatione non tenet̃ ſi illam ſine culpa:et coacte
fecit vt dicit Bal.in.l.delictis.in pꝛinc.ff.de noxa.⁊ Ludo.roma.
in.l.j.§.ſi meo.ff.ad ſille.ſed Floꝛētini hoc coacte fecerūt poſt treu
guam qꝛ dederāt fidē ⁊ publicū ſaluū cōductū quē ſeruare tene
bantur:vt in.l.j.⁊ ibi not.ff.ad.l.iuli.maieſta.igit̃ ⁊ maxime cum
poſtq̄ receptauerūt eum nunq̄ exercuit artē piraticā ⁊ ſic nullū
damnū potuit inferre Januenſibus:⁊ ſi ab eo empta fuit nauis
qua mediāte exercebat artē piraticā de hoc conqueri nō poſſunt
qꝛ nullā cōmoditatē pꝛeſtiterunt qua mediante dictā artem faci
lius exercere poſſet imo inimico modo abſtulerunt quo poterāt
Januēſes offendi dādo pecuniā qua ſine armis offendi nō pote
rant vnde potius dn̄i Floꝛētini ex hoc pꝛemiū conſequi deberent
igit̃ non debēt dāno affici potuiſſe.argu.eius qḋ habet̃ in.l.ſiue
hereditaria.ff.de nego.geſt.⁊ in.l.ſi cui.ff.ex qui.cau.maio.⁊ in.l.ſi
10 tutoꝛ.de ſuſpec.tut.⁊ notat̃ in.c.peruenit.extra de fideiuſ.¶†Se
cundo vero pꝛobatur qꝛ qcqd ſit in alijs conuentionibus.iſta eſt
natura treugue ꝙ licet ab vna parte treugua ſit rupta:tn̄ altera
pars illā coꝛrūpere non pōt ſed ſeruare tenet̃ licet ſecus ſit in pa
ce:hoc fuit oꝛiginale dn̄i Vincentij in.c.inter verba.x.q.iij.idē vo
luit Arch.in.c.illi q.xxiiij.q.iij.⁊ Jo.an.⁊ poſt eū do.Ant.in.c.ꝑ
uenit.de iureiur.idē Jo.an.in addi.ſpe.in rub.de treugua ⁊ pace
quē ſequunt̃ Ang.⁊ Pau.de caſt.in.l.q̄ ſeruū.ff.de verb.obli.vbi
Jmo.dicit ꝙ de ꝯſuetudine ſeruat̃ ⁊ hāc viā ⁊ ꝯſuetudinē ſequu
ti ſunt dn̄i Floꝛentini ⁊ Januēſes nam in quodā.c.treugue ꝙ in
cipit.itēꝫ ciaſcuna di eſſe parte ꝑ caſone de le offeſe.Jn quo diſpo
nitur ꝙ offenſus petere poſſit reſtitutionē dāni ꝑut in.d.c.diſpo
nit̃.⁊ quod treugua remaneat firma.vn̄ lꝫ fuiſſet cōtra treuguam
ventū nō dicit̃ rupta nec ꝑ hoc altera pars pōt venire cōtra treu
guam.¶Ex qbus patet dn̄os iudices referentes minus bene re
tuliſſe multa alia que in pꝛoceſſu adducunt̃ alias fuerūt ſoluta
etiā apparent ſoluta per dominos Aduocatos patronos cauſe.
¶Ex quibus puto partes illuſtriſſimi domini Ludouici eſſe in
pꝛonūciando bene fuiſſe recurſum per.M.Petrū de medicis et
ſocios:⁊ male per pꝛimos iudices fuiſſe pꝛonunciatum ⁊ partē
aduerſam cōdemnare ad reſtitutionem poſſeſſionis nauis cum
oībus ablatis et omnibus dānis expenſis et intereſſe pꝛout fieri
debet contra violentum poſſeſſoꝛē.l.j.§.cū autē.⁊.§.nō ſolum.ff.de
vi ⁊ vi arma. Laus deo. Bartho.ſoci.ſenen.⁊c.

¶Summarium.

☞An bona Cardinaliū pꝛeſumant̃ acqſita ex pꝛopꝛijs pecunijs.
Et poſtea ſubdit̃ de viribus cuiuſdā donatiōis facte cū poteſta
te reuocandi vt in caſu an cōfirmetur aditione hereditatis.
1 Queſita ꝑ pꝛelatū vident̃ queſita ex bonis ⁊ redditibus eccleſie.
2 Queſita ex ſimplici pꝛebēda in eccleſia ſunt ꝓpꝛia ipſius pꝛelati.
3 Clericus bn̄ficiatus habēs patrimoniū ꝓpꝛiū pōt viuere de red
ditibus eccleſie ⁊ dare bona patrimonialia ſuis conſanguineis.
4 Pꝛelatus qn̄ retinet bona eccleſie ⁊ nomine pꝛopꝛio dicitur eſſe
in culpa.
5 Computatio fieri debet ſecundū quantitatē patrimonij ⁊ reddi
tus eccleſie ſubtractis expenſis.
6 Donatio facilius permittitur pꝛelato quam teſtamentum.

7 Relatiuum: quis vel qui: poſitū ſine copula reſtringit preceden-
tem diſpoſitionem.
8 Relatiuū quis: vel qui: iūctū bonis deſcriptis ⁊ ſic certis ſpecie-
bus ⁊ corporibus nō ponitur reſtrictiue ſed demonſtratiue.
9 Donatio feri nō pōt ſine trāſlatiōe dñij cū donatio ſit doni datio.
10 Mādās ſi hȝ notitiā reuocatiōis adito hereditatis inducitur.
11 Jus illorū qui veniūt ad cauſam motam contra alium defendē
do regulat̄ quo ad executionem iudicij ſecundū ꝙ regulatur ius
principalis litigatoris.
12 Venditor cōparens poteſt cōpromiſſuȝ petere: q꞉ poteſt allegare
defenſiones ex perſona propria.
13 Cōuentus qñ hȝ ius in re q꞉ feudatarius vel imphyteota ⁊ cle-
ricus nominatus venit volūtarie ad defendendum tunc interuē-
tu perſone clerici non debet fieri deterior conditio agentis.
14 Clericus nominatus a laico in iudicio pōt forum declinare ⁊ al
terare iudicium de perſona in perſonam.

¶ Conſilium .xcj.

¶ Dñs labia mea aperiat ⁊ ſpūs ſctūs illuminet intellectum.

# Caſus ſuper quo conſiliuȝ

poſtulat̄ talis eſt. Reuerēdus dñs Cardina. Papien-
ſis ti. donationis inter viuos donauit irreuocabiliter
ita ꝙ ex cā ingratitudinis reuocari nō poſſet in plena forma dño
Chriſtophoro nepoti ſuo nōnulla bona empta per eum Cardi-
nalē in ciuitate ⁊ territorio Senēſi que bona in dicto inſtrumen-
to donationis aſſeruit ſe emiſſe de ꝓprijs pecunijs acqſitis in of-
ficijs ꝑ eū habitis ⁊ geſtis reſeruato vſufructu ⁊c. reſeruata etiaȝ
prefato dño Cardinali facultate ⁊ ꝑtāte apponēdi in ſupradicta
donatiōe qñcūqȝ ⁊ quoties ſeu quaten⁹ ſibi placuerit etiā in ab-
ſentia p̄fati dñi Chriſtophori ipo inſcio ⁊ abſqȝ ipſi⁹ cōſenſu vel
ſuoꝝ hr̄dū aut ſucceſſoꝝ quaſcūqȝ cōditiones modos limitatio-
nes modificationes reſolutiōes deuolutiones ⁊ ſub aliq̄ euētu di
ctarū rerū donatarū aut partis ipſaꝝ trāſlationis in aliū de qui
bus eidē dño Cardinali videbit̄ quas ſi cōtingerit apponi inſeri
vel adijci i futurū exnūc ꝓut extūc ⁊ extūc ꝓut exnūc illas inſerit
apponit ⁊ adijcit ⁊ ꝓ inſertis appoſitis ⁊ adiectis haberi voluit
⁊ mādauit in pr̄cipio medio ⁊ fine p̄ſentis ꝯct⁹ ⁊ inſtr̄i: ⁊ ſi eideȝ
dño Cardinali videbit̄ reſeruat ſibi ꝑtātē reuocādi dictā dona-
tionē in totū vel in ꝑtē exp̄ſſe hoc acto ꝙ qñcūqȝ fuerit reuocata
intelligit̄ ex iuſta ⁊ rōnabili cā reuocata nec ſit op⁹ allega. ſȝ ſol⁹
mot⁹ animi ſui ſit ⁊ habeat̄ ꝓ iuxta cā reuocādi nec poſſit ꝑ dcm̄
Chriſtophorū aut eius hr̄des aliqd in ꝯtrariū allegari dici obijci vl'
opponi quouis mō adeo ꝙ intelligat̄ ꝑtātē donationē hr̄e hanc
ꝯditionē annexā ⁊ on⁹ ꝓpter dictas reſeruatiōes vt in oī ⁊ toto
ꝑ dcm̄ reuerēdiſſimum ſiue inter viuos ſiue in vltima volūtate et
quocūqȝ tp̄e de p̄dicta donatiōe ſeu ꝑte ei⁹ ſeu bonis in dicta do-
natiōe ꝯtētis aut ꝑte dictorū bonoꝝ eſſe mutatū annullatū corre
ctū aut qūocūqȝ diſpoſitū exnūc ꝓut extūc: ⁊ extūc ꝓut exnūc di
cta donatio debeat ſolū ⁊ dūtaxat hr̄e effectū ſcd̄m ipſi⁹ dñi Car
di. mutationē annullationē correctionē ſeu diſpoſitionē ſine ali-
qua exceptione ⁊ nō al̄r vl' alio mō ſemꝑ itelligēdo vt in ea ꝑte in
qua nō foret ꝑ dñm Cardinalē mutatū annullatū correctū vl' al̄r
diſpoſitū habeat dicta donatio plenū effectū ſtātib⁹ firmis reſer
uationib⁹ ſupradictis in oīb⁹ ꝑtib⁹ ⁊ virtutib⁹ ſuis de qua dona
tiōe cū cl̄a ꝯſtituti ⁊ alijs clauſulis cōſuetis ꝯſtat inſtr̄m ꝯfectuȝ
de anno dñi .1468. die .xvij. octobris. demū de anno .1470. die .xvj.
octobris. idē Reuerēdiſſim⁹ dñs Cardinalis donauit plura alia
bona cū eiſdē narrationib⁹ reſeruatiōib⁹ ⁊ clauſulis ꝓut fecerat
in p̄ria donatione. ¶ Preſupponit̄ ēt in facto lȝ illa nō oſtēdant̄
ꝙ p̄fat⁹ Reuerēdiſſim⁹ dñs Car. dū viuebat ſil̄r reuocauit dictā
primā donationē: nō diſponēdo al̄r de dictis bonis donatis pri
mo loco ⁊ demū inteſtat⁹ mortu⁹ eſt. ¶ Preſupponit̄ ēt in facto
ꝙ poſt mortē dicti dñi Cardinalis p̄dicta bona p̄mo' loco dona-
ta fuerūt occupata ꝑ camerā apoſtolicā tāq̄ bona dñi Cardina-
lis ⁊ ꝑtinētia ad camerā ⁊ demū titulo vel donatiōis inſolutū vl'
vēditiōis in quēdā trāſlata q̄ ꝑ eū in p̄ſentiaꝝ poſſident̄. ¶ Pre-
ſupponit̄ ēt ꝙ poſt mortē dñi Cardi. de anno .1480. ⁊ die .xij. Ju-
lij p̄fatus Chriſtophorus poſtea dñs Chriſtophorus factus fecit
ſuos ꝓcuratores Blaſiū de turchis ⁊ Mariānū de ciſtis ſpāliter
ad donādū titulo donationis irreuocabilis inter viuos dñe Cō
ſtātie ſorori ſue: ⁊ ſuis ſucceſſorib⁹ ⁊ Blaſio ei⁹ marito poſſeſſio-
nes in fine inſtr̄i deſcriptas pecuniaꝝ ſummas ⁊ bona alia mobi
lia cū ſuis annexis quas ⁊ q̄ poſſidet de p̄ſenti: ac poſſedit in qui
bus ⁊ ad q̄ ⁊ in iurib⁹ ⁊ ꝑtinētijs ſuis ius ſibi qūolibet cōpeti cō-
ſiſtētes ⁊ ꝯſiſtētia in locis infraſcriptis quas ⁊ q̄ reuerēdiſſimus
dñs Cardina. eidē dño Chriſtophoro donauit ꝓut de donatione
dixit ꝯſtare manu Sermini ⁊c. ad habendū ⁊c. reſeruato vſufru-
ctu ⁊c. cū clauſulis cōſuetis. ¶ Subdit̄ poſtea iſto mō. bona aūt
de qb⁹ ſupra ſit mētio q̄ ipſe dñs Chriſtophor⁹ poſſidet: ſunt hec
⁊ narrant̄ bona q̄ tūc dict⁹ dñs Chriſtophor⁹ poſſidebat. ⁊ q̄ ho
die poſſident donatarij dicti dñi Chriſtophori. ¶ Demum illis
enarratis ſubdit̄ in dicto inſtr̄o item infraſcripta bona in qbus
ad q̄ ius ſibi cōpetere aſſeruit ſunt vȝ in p̄mis vna domus ⁊c.
⁊ enarrant̄ bona ꝯtēta in donatiōe quā reuocauerat q꞉ tunc nō
poſſidebat ſȝ occupata fuerūt ꝑ camerā apoſtolicā. ¶ Demū ſub
ditur in fine. ⁊ gñal̄r oīa ⁊ ſingula iura q̄ ipſi dño Chriſtophoro
cōſtituēti rōne p̄fatoꝝ bonoꝝ vel depēdētiū ab eiſdē cōpetūt cō-
petierūt vel ꝯpetāt actiōes reales ⁊ perſonales vtiles ⁊ directas
mixtas tacitas ⁊ expreſſas anomalas ꝯuētionales ⁊ p̄torias ac pi
gnorū obligatiōes ⁊ alias quaſcūqȝ ſibi ac in ipſis bonis ⁊ depē
dētib⁹ ꝯpetētia ⁊ ꝑtinētia poſtea ꝓcuratores immediate fecerūt
donationē iuxta tenorē ſupraſcripti mandati quā donationē di-
ctus dñs Chriſtophor⁹ poſtea ratificauit. ¶ Preſupponit̄ ēt in
fctō ꝙ poſt donationē p̄dictā ⁊ dictā ratificationē dict⁹ dñs chri
ſtophor⁹ tāq̄ nepos ex fr̄e ⁊ ꝓximior adiuit hereditatē dicti dñi
Cardinalis. ¶ Poſtremo p̄ſupponit̄ qd̄ p̄fat⁹ reuerendiſſimus
dñs Cardinalis Papiēſis tp̄e Pij .ij. fuit ſecretari⁹ ⁊ demuȝ ha
buit legationes ⁊ ex bñficijs multis q̄ habuit multo maiorē ſum
mā acqſiuit q̄ ſit p̄tiū oīum dictoꝝ bonoꝝ donatoꝝ p̄fato dño
Chriſtophoro. itē vſqȝ ad tp̄s dicte donatiōis nūq̄ habuit reddi
tus bñficioꝝ: ex qb⁹ attēta dignitate poſſet expēſas facere imo ꝓ
pter has vltra reddit⁹ capelli papa multo tp̄e dedit ſibi ꝓ expē-
ſis ducatos cētū ſingulis mēſib⁹ itē tp̄e mortis dimiſit bona eſti-
10 Teſtator quando legat aliquam rem ad vſum vel vſumfructum
donec vixerit cenſetur legare proprietatem.
11 Expreſſio nihil operatur ſed facta cēſeꝛ cauſa dubitatiōis tollē
de q̄n exprimiꝛ illud qđ tacite ineſt ex tacita voluntate teſtatoris.

¶Conſilium.cij.

¶Dn̄s labia mea aperiat ⁊ ſpiritꝰ ſanctꝰ illuminet intellectū.

Viſis ſcripta compoſitiōis facte inter Bartholomeū ⁊ Jacobū de ſtiatis teſtamē
to dicti Bartholomei ⁊ alijs q̄ in facto narrāꝛ pro de
ciſione preſentis heſitationis in primis duo ſunt ꝯſiderāda. Pri
mū de validitate dicte ſcripte. Scđm effectu dicte ſcripte reſpe
1 ctu domus de q̄ q̄riꝛ. ¶†Circa pͥmū dico ꝙ qcqd ſit de iure cōi đ
q̄ late in.l.admonēdi.ꝑ bar.⁊ moder.ff.de iureiu.dico ꝙ dicta ſcri
ptura lꝫ priuata plene ꝓbat ex forma ſtatutoꝝ prout clare diſpo
nit ſtatutū poſitū ſub rub.de ſcripturis ꝑuatis icipit.Statuimꝰ
ꝙ omnibꝰ ⁊ ſingulis ſcripturis ⁊c.Vn̄ dicta ſcripta ꝯfecta a bar.
⁊ Jaco.ꝓmittētibꝰ ꝯtēta i ſcripta ꝯtiet ꝓmiſſionē de dādo illis
de caſata de ſtiatis:lꝫ ſtatutū vult ꝙ quādo ſcriptura cōtinet ꝓ
miſſionē de dādo vel faciēdo lꝫ priuata faciat plenā fidē.Igiꝛ in
caſu noſtro dicta ſcripta plene ꝓbat.potuit em̄ ſtatutuꝫ facere ꝙ
ſcriptura priuata plene probet vt eſt caſus ⁊ ibi no.in.c.cum di
lectꝰ de fide inſt.⁊ tradit Jo.and.poſt Martinū ſili.in addi.ſpe.
in tit.de fide inſtr.i magna addi.v.vij.ſupplemētū.⁊ Bal.i ru.de
fide inſtr.idē Pet.de anch.i repeti.c.j.de cōſti.in.x.q.prin.Nec ob
ſtat ꝙ reſpectu Baldaſaris ⁊ alioꝝ de caſato facta fuerit eis ab
ſentibꝰ q̄m iuſtū ē reſpectu ꝓbatiōis ēt de iure ꝯmuni imediate ꝙ
ſcriptura ꝑuenit ad manꝰ abſentis qꝛ ſꝑ loqꝛ ꝓbat.l.publia.i fi.
ff.depoſiti.no.Bar.⁊ Pau.de ca.i.l.nuda.ff.de dona.⁊ Bal.i.l.vni
ca in.iij.col.C.de ꝯfeſ.⁊ Bal.in rub.C.de ꝯſti.pecu.Preterea hoc
obſtaculū tollit ſtatutū qꝛ vult ꝙ ꝓbet ēt lꝫ ſcriptura facta fuerit
abſente ꝑte in fauorē abſentis.Sꝫ iterū obſtare videꝛ.Nā lꝫ ſtatu
tū dicat ꝙ plene ꝓbēt cōtēta in eis cōtra ſcribētes ⁊ eoꝝ heredes
tn̄ ſtatutū nō videꝛ ꝑ hoc iducere ꝙ ex tali ſcriptura iducaꝛ obli
gatio i fauorē abſentis ⁊ ſic dōatio.l.abſenti.⁊ ibi no.ff.de dona.
Itē nec pōt dici ꝙ qlibet ipſorū ſtipulatꝰ fuerit illis de caſata qꝛ
alteri ſtipulari nemo pōt neqꝫ paciſci.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.⁊
ibi no.ff.de v.ob.ſꝫ qcqd ſit de iure cōi dico ꝙ p̄dicta tollūꝛ ꝑ ſta
2 tutū ſub rub.de ſtatu.priua.ꝙ clare vult ꝙ†q̄n in ſcriptura ꝑua
ta cōtineꝛ aliquē ꝓmittere aliqd dare vel facere ꝙ talis ſcriptura
facit plenā ꝓbationē lꝫ cōfecta fuerit abſente parte ꝯ ſcribētes ⁊
eorū heredes ēt ſi cauſa appoſita non eſſet ⁊ ſic abſentia nō nocet
quominus dicta ꝓmiſſio de dādo dictā domū valeat.Nā licet i
duci poſſit ꝙ obligatio abſenti queraꝛ:vt i.c.ſi tibi abſenti.de ꝑ
ben.in.vj.Igiꝛ ⁊ ſtatuto:vt.l.omnes populi.ff.de iuſti.⁊ iure.Et
ſi dicaꝛ ſtatutū loquiꝛ reſpectu ꝓbationis nō autem exprimi re
ſpectu obligatiōis iducēde iſta aūt multū differūt.l.publi.in fi.
ff.depoſi.⁊ ibi notaꝛ ⁊ tradiꝛ in.l.nuda.ff.de dona.Ad hoc reſpō
deo ꝙ imo intētio ſtatuētiū fuit ꝙ ēt p̄iudicaret reſpectu obliga
tiōis iducēde.iſta cōclu.probaꝛ.¶Primo quia dicit plena fides
adhibeaꝛ ⁊ probationē faciāt.ex quo em̄ dicit plena fides.loquiꝛ
reſpectu obligatiōis iducēde.¶Scđo loco dū dicit.⁊ ꝓbationē
faciāt.loqꝛ reſpectu ꝓbationū.alias dicta verba ⁊ ꝓbationē fa
ciāt.nihil opareꝛ ꝯ.l.ſi q̄n.ff.de leg.j.⁊.c.ſi papa de priuilegijs i.vj.
¶Tertio qꝛ ēt ſtatutū dicto caſu reſpectu ꝓbatiōis lꝫ fuiſſet ab
ſens ſtatutū nihil operareꝛ cū ⁊ ſcriptura facta ꝑte abſēte ꝯ ſcri
bentē ſꝑ ꝓbet iuxta no.ꝑ bar.⁊ Paul.de ca.in.l.nuda.ff.de dona.
Igiꝛ loqꝛ reſpectu effectualis ꝓbationis.ſ.reſpectu obligatiōis
inducēde.¶Quarto ad quid ſtatutū inueniſſet ꝙ ſcriptura pro
baret ꝓmiſſionē de p̄ſenti de dādo vt da.vel ſe ꝓmecte:lꝫ ꝑs eſſet
abſens tēpore ſcripture ⁊ ꝓmiſſionis ex quo promiſſio nō valeret
qꝛ ſcriptura ꝓbaret ꝓmiſſionē factā tēpore ſcripture abſenti.d.l.
abſenti.ff.de dona.cū ibi no.⁊ per glo.⁊ doc.in.l.illud.C.de ſacro
ſan.eccle.Vnde nō eſt cēſendū ꝙ ſtatuētes dicto caſu intellexerit
de ꝓbatione ſine effectu aliquid operādi.d.l.ſi quando ⁊ ꝑ Bar.
3 in.l.iiij.§.p̄tor ait.ff.de noui operis nunciatione.¶†Quinto eui
denter oſtendiꝛ ꝙ ſtatutū vult ꝙ plena fides adhibeaꝛ etiam ſi in
ſcriptura promiſſiōis dādi vel faciēdi nulla ſit appoſita cauſa ⁊
ſic tollit ſtatutū exceptionē doli que cōpetit ꝯtra ꝓmiſſionē ſine
cauſa iuxta.l.ij.§.circa.ff.de doli exceptiōe.que exceptio cōcernit
nullitatem obligationis ⁊ debiti ⁊ non probate promiſſionis:vt
in.l.cū de indebito in fine.ff.de probatio.⁊ i.c.ſi cautio.extra de fi
de inſtrumētoruꝫ traditur in.l.a titio.ff.de verborum obligatio.
Igitur apertiſſime patet ꝙ vult ꝙ adhibeaꝛ plena fides effectua
liter etiā quo ad obligationem inducēdam.Nā ex eo ꝙ tollit ob
ſtaculū dicte exceptionis que cōcernit nullitatē obligationis de
claratur quod intentio fuit ꝙ obligatio induceretur ſicut dixit
Bal.not.de clauſula nō obſtāte in.l.eā quā de fideicō.⁊ ſicut dixi
mus ꝙ caſus excepti declarāt regulā.l.nā quod liqde.ff.de penu
lega.⁊ vna pars per aliā declaraꝛ.l.q filiabꝰ.⁊.l.ſi ſeruus pluriū.
in fine.ff.de lega.j.¶Quinto etiam in fine ſtatutum dicit etiā ſi
exceptioni non numerentur pecunie vel alij exceptioni de iure cō
petenti renunciatū non eſſet.Nā exceptio nō numerate pecunie
reſpicit etiā obligationē.inſtitu.de literarū obliga.Item ſtatu
tū dicit vel alij exceptioni de iure competenti.Igitur cū de iure
poſſint competere exceptiones recipientes nullitatem obligatio
nis ex cauſis expreſſis in ſtatuto.qꝛ promiſſio ſit facta abſenti vl̄
ſine cauſa:vt in.d.l.abſenti.⁊.d.l.cū de indebito in fi.vult ꝙ licet
illis nō ſit renūciatū.Tamē ſcriptū effectum habeat.¶Poſtre
mo ſi qlibet q nō eſſet in iure peritus cui de his verbis adhibeaꝛ
plena fides interrogareꝛ.reſponderet ꝙ.ſcriptura etiaꝫ deberet
4 effectū habere reſpectu obligatiōis.†Ita em̄ ſolent cōiter vulga
res loqui:⁊ ſtatuta ſunt ſm̄ vulgarem modū intelligēda ⁊ inter
pretāda.l.libroꝝ.§.quod tamen caſſius.ff.de lega.iij.l.labeo.⁊ ibi
Bar.ff.de ſupel.lega.Nec habet obſtare ꝙ ex tali ſcriptura nō hꝫ
reſultare niſi pactum nudum ex quo non oriꝛ efficax remedium
ad agēdū.l.iuriſgentiū.§.igiꝛ nuda.ff.de pact.q̄m continet dona
tionem.⁊ ex pacto nudo donationis oriꝛ actio.l.ſiquis argētū.C.
de dona.⁊ inſtit.de donat.Et ſi dicaꝛ verba dicte ſcripte nō cōti
nēt donationē ſed cōuentionē de donādo adueniente condi.defi
ciētiū deſcēdētiū.Ex pacto aūt nudo de donādo etiā hodie non
vr̄ actio oriri vigore.d.l.ſiquis argētū q̄ videꝛ loqui in donatiōe
nō in pacto de donādo q̄ differunt:vt in.l.in bone fidei.⁊ ibi gl.
⁊ doc.ff.de eo qđ certo loco.⁊ ſic cū dicta lex ſit exorbitans nō dꝫ
extēdi.l.ſi vero.§.de viro.cū ibi no.ff.ſol.mat.⁊ ita tenuit do.Frā.
de rampo.in.l.ſi.ff.de cōdi.cā data.⁊ Saly.in.l.ij.C.eo.ti.⁊ in.d.l.
ſiqs argētū ⁊ Joā.de imo.⁊ Roma.in.l.in edibus.§.j.ff.de dona.
⁊ hanc opin.in pūcto iuris veriorem dicit do.Alex.in.l.iuriſgen
tiū in prin.ff.de pac.licet magna ſit autoritas Bar.Ad hoc i pri
mis reſpondeo ꝙ imo dicta verba continent donationē aduenie
te cōditione nō promiſſionē de donādo quia dicit ⁊ manachan
do che de tutti dui nō vi fuſſe heredi che quelli a quello tempo
del caſato ſi trouarano debiano hereditare.Et ſic voluerūt qđ i
dicta domo illi de caſato aduenie te ꝯditiōe ſuccedāt:⁊ ſic donāt
non aūt ꝓmittūt donare:⁊ poſito ꝙ eſſet conuētio de donādo.
idem in iudicando cōcludendū eſſet.prout tenuit Barto.in.d.l.
in edibus.§.j.⁊ Ange.in.d.l.ſiquis argentū.⁊ glo.in.§.perficiun
tur.inſti.de dona.⁊ Bar.in.d.l.iuriſgentiū in p̄n.ff.đ pact.quem
ibi ſequitur do.Pau.de ca.⁊ Rapha.fulg.q allegat hoc tenuiſ
ſe Jaco.butri.Ideꝫ voluit do.Pau.in.l.ſi.ff.de cōdi.cā data.Et
hanc opi.oſtenderem eſſe veram in puncto iuris:ſed omitto:tuꝫ
quia non eſt promiſſio de donādo.tū qꝛ in iudicādo non eſt rece
dēdū ab opinione glo.Bart.⁊ magis cōi.propter autoritates in
cōtrariū allegatas.¶Capio ſcđm in quo breuiter cōcludo.In
primis ꝙ exiſtētes de caſato de ſtiatis qbus cenſeꝛ facta donatio
poſſunt petere dictam domū virtute dicte conuentionis.vt ex ſu
perioribus ptꝫ.Sed ꝯ hanc concluſionem arguiꝛ multipliciter.
Et primo qꝛ dicit ꝙ poſt mortē deſcēdētiū illi de caſato debeant
hereditare dictā domū.⁊ ſic dicta verba videnꝛ importare ꝙ vel
iure hr̄ditatis debeāt habere dictā domū vel ex dōatione cā mor
tis.Primū ꝓbaꝛ qꝛ hereditare vr̄ hoc iportare.ſ.hr̄dē effici ab
hereditate ad minus i illa re certa.iuxta.l.j.§.ſi ex fundo.ff.de he
re.inſti.¶Scđo probaꝛ qꝛ facta eſt mētio mortis.iuxta.l.ſi cui.ff.
de dona.cā mortis.Et neutro dictoꝝ modoꝝ ꝯſequi poſſunt:qꝛ
nō adeſt ſolēnitas quinqꝫ teſtiū.l.ſi.C.de codicil.⁊ in.l.ſi.C.de do
na.cā mor.Ad qđ reſpōdetur ꝙ cum verbum hereditas dicatur
5 ſucceſſio.l.nihil aliud.ff.de verb.ſigni.†Verbū hereditare idē im
portat ꝙ ſuccedere ⁊ eſt vulgare.ſuccedere aūt dicitur quis quā
do vniuerſaliter ſuccedit ꝓprie.l.q̄dā.§.is autē.⁊ ibi no.ff.de edē.
6 †Itē dꝛ ſuccedere ille q ſuccedit in ius alterꝰ in aliqua re parti
culari.ſiue ꝑ viā ꝯctus ſiue ꝑ viā vltime volūtatis.l.fluminum.§.
adijcitur.ff.de dā.infect.⁊ in.l.j.§.illud.ff.quoꝝ legatorum tradi
7 tur in.l.ſi tertius.§.ſi prius.ff.de aqua.plu.arcē.†Vn̄ in caſu nr̄o
ex quo hoc exprimitur in ꝯctu capiꝛ verbū hereditare ꝑ ſuccede
re ſingulariter in illa domo per viā cōtractus donationis inter
viuos ſub illa condit.vt cōcludit in terminis nota.Oldra.in cō
ſil.cxxix.incipit ad habēdā aliquā notitiā cuius dicta ſequitur
Jo.and.in addit.Speculi.in titu.de inſtru.edi.§.porro ad fi.i ad
di.magna.⁊ dn̄s Alexā.in.d.l.lꝫ inter priuatos in fine.C.de pac.⁊
in ſuo cōſil.lxxiij.in.ij.volu.⁊ maxime quia in.d.trāſac.nō ſunt te
ſtes ad vltimā volūtatē vl̄ dōationē cā mortis ſufficiētes quo ca
ſu cenſeꝛ per viā cōtractus inter viuos diſpoſuiſſe ſm̄ Pet.Cy.
Bart.⁊ alios in.d.l.lꝫ inter priuatos.Sed iterū videbaꝛ obſtare
ſtatutum ſub rub.de dona.qđ incipit ſtatuimus vbi nō vꝫ dona
tio vltra valoreꝫ.l.florenoꝝ auri.niſi fiat cū decreto ⁊ alijs ſolēni
tatibus

tatibꝰ de quibꝰ in ſtatuto que in caſu nr̃o nõ interueneriſt. Igit̃
donatio videtur nulla ſi excedit.l.aureos.l.cũ hi.§.ſi pretor.ff.de
tranſac.⁊ per Bal.⁊ Ange.⁊ moder.in.l.⁊.ij.ff.de libe.⁊ poſth.ſʒ
ad hoc reſpondetur dupliciter ꝙ cũ ſtatutũ p̃dictũ ſit exorbitãs
a iure cõi debet intelligi de pura ⁊ ſimplici donatiõe vel ẽt de cõ-
ditionali quãdo cõditio nõ reſpicit ꝯmodum vel affectionẽ teſta
toris.⁊ ſic donator tm̃ ex mera liberalitate mouet̃.ſecꝰ in donatio
ne cõditionali que reſpicit vel cõmodum vel affectũ teſtatoris: q̃r
illa nõ eſt ꝓprie donatio. Ideo i ea nõ hʒ locũ ſtatutũ exorbitãs
ter.eſt cũ glo.in verbo ſequentiũ in.l.j.ff.de dona.⁊ita determinãt
ibi Bar.Imo.⁊ Pau.de caſt. Sed in caſu noſtro iſti nõ fecerunt
donationẽ ex mera liberalitate ſed ex affectu vt domꝰ i familia cõ
ſeruet̃ vel remaneret donec aliq̃s de familia ſupereſſet.iuxta no.
per glo.Cy.⁊ alios in.l.quoties.C.de fideicõ.⁊ in.l.filiuſfami.i.§.
diui.ff.de leg.j. Itẽ fuerũt grauati illi de domo ad nõ alienãdum
vt domus de familia nõ exiret. Vñ fuerunt moti ex mera liberali
tate qḋ etiã patet q̃r noluit ꝙ perueniret prius ad deſcẽdẽtes ma
ſculos ⁊poſtea ad illos de caſato. Unde nõ fuit mera liberalitas.
ſʒ põt dici cõditio etiam appoſita ad commodũ donãtiũ ex quo
voluerũt primo ꝙ tm̃ poſt mortẽ eoꝝ.ſcḋo nõ exiſtentibus deſcen
dentibꝰ ⁊ ſic conditio reſpicit cõmodum.vt dicit do. Raph.Cu.
in.d.l.j.ergo nõ fuit ꝓprie donatio. Et ſic nõ habet locũ dictũ ſta
tutum per no.i.d.l.j.ff.de dona. ¶ Secundo poſito ꝙ ſtatutũ loq̃
ret̃ in iſta donatiõe.qḋ tm̃ eſt falſum dico ꝙ q̃cq̃d ſit in inſinuatio
ne que requirit̃ de iure cõi.vt in.l.ſancimus in princi.cũ glo.C.de
donati.⁊ in aut.vt fratrum filij.§.illud. Tñ dico ꝙ ſtatutũ hʒ lo
cuʒ in caſu noſtro qñ tpe donatio facta examinatiõe dubij enẽtꝰ
dicte dona.ꝯditionalis aſcẽderet ad eſtimationem centũ floreno
rum auri cuʒ ſint duo donatores.iuxta nota.ꝑ Guil.⁊ Paulum
de caſtr.in.l.ſi plures.ff.de pac. Iſta ꝯcluſio ꝓbat̃ ex v̇bis ſtatuti.
Duʒ dicit ꝙ liceat donare vſq3 ad valorẽ florenoꝝ.l.auri.⁊ ſic illa
qualitas valoris ⁊ eſtimatiõis ꝯſiderat̃ tẽpore donationis an ſo-
lẽnitas de qua ibi iteruenire debeat ad hoc.l.in delictis.§.ſi extra
neus.ff.de noxali.⁊ in.l.ſi titius.ff.de teſtamẽto mili.vnde vidẽdũ
eſt quante eſtimationis erat tunc tẽporis illas ſpes que nõ debet
attendi in eſtimatiõe rei date ſub ꝯditione ſi tunc fieri dʒ eſtima
tio valoris ⁊ eſtimatio rei ſed tãtuʒ ſpei illiꝰ.l.cuʒ titio:⁊ ibi bar.
⁊ alij.ff.ad.l.falci.⁊ i.l.hereditatẽ eo.ti.cum ſimili.⁊ ſic i tm̃ valeret
dicta donatio inquantum illa ſpes non aſcenderet ad eſtimatio
nẽ cẽtũ florenoꝝ auri alias i totũ eſſet nulla vt clare diſponit ſta
tutũ:⁊ ſic prima reſponſio eſt tutior. Ex quibus deueniẽdo ad id
de quo querit̃ concludenduʒ eſt ꝙ ex quo virtute dicte conuẽtio
nis ceſſantibus ⁊ deſcẽdentibus maſculis Bartholomei ⁊ Iaco
bi domꝰ deuenire debet ad illos de caſato dictoꝝ Bartholomei
⁊ Iacobi.⁊ ſic cum voluerint ꝙ veniat ad illos de caſato eoꝝ cen
ſent̃ inſtituti gradatim ⁊ ordine ſucceſſiuo.vt concludit Bar.i.l.
ſi cognatis.ff.de rebꝰ dubijs.⁊ probatur in.l.cum ita.§.in fideicõ.
⁊ in.l.peto.§.fratre ⁊ vtrobiq3 not.doc.ff.de leg.ij. Cũ ergo dictus
Baldaſar ſit in ſcḋo gradu ſcḋm ius canonicũ ⁊ ꝯtẽdẽtes cuʒ eo
ſint in vlteriori gradu p̃ferri dʒ. Et licet p̃dicta iura loquant̃ i vl
timis voluntatibꝰ: tm̃ Bal.Imo.⁊ moder.in.d.§.in fideicõmiſſo
extẽdunt ad ꝯctꝰ ⁊ doc.in.l.gallus.§.q̇dã recte.ff.de lib.⁊ poſthu.
Reſtat igit̃ tm̃ vnus ſcrupulus ꝙ dictꝰ Baldaſar eſt filiꝰ Gaſpa
rini ſpurij: ſpuriꝰ aũt nõ v̇r dici de caſato ⁊ ſic cũ pater nõ dicere
tur de caſato donatoꝝ ita nec filius arg.l.fi.C.de natura.lib.ꝙ au
tẽ ſpuriꝰ nõ videat̃ eſſe de domo vel familia pʒ: q̃r nõ eſt agnatus
inſti.de legi.agna.ſucceſ.§.qḋ vulgo.ſm̃ Bart.⁊ alios in.l.fi.C.de
ver.ſigni.⁊ in.l.tutelas.ff.de capi.dimi.⁊ in tracta.de inſignijs ⁊
armis.col.iiij.facit qḋ no. Bal.in.l.cum acutiſſimi.C.de fideicõ.⁊
cũ nõ dicatur de domo nõ dicit̃ de caſato q̃r idẽ iportãt ſm̃ imo.i
l.ex facto.§.ſiq̃s rogatus.ff.ad treb.⁊ ſic v̇r ꝙ dictꝰ Baldaſar non
includat̃ in dicta donatiõe ⁊ probat̃ ex no.ꝑ Bal.i.d.l.id qḋ pau
peribus.in penul.colũ.C.de epiſ.⁊ cleri.⁊ Bal.in.l.gñaliter.§.cuʒ
autẽ.C.de inſti.⁊ ſubſti.ſub cõdit.fac.⁊ Bal.in.l.filium diffinimꝰ.
ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.vbi dicit ꝙ non dicunt̃ de caſata
⁊ ſeq̃tur ibi Ang.cuʒ multis alijs allegatis ꝑ do. Alexã.in.d.l.ex
facto.§.ſiq̃s rogatus.ff.ad trebel. Sed hoc nõ obſtãte in ꝯtrauʒ eſt
8 veritas. ¶ Primo tenẽdo ꝙ dicant̃ de domo qui ſunt †ſpurij q̃r
domus eſt verbum equiuocũ ⁊ nõ ciuile vt declarat bar.in.l.pro-
nunciatio.§.familie.ff.de ver.ſigni.⁊ in.l.tutelas.ff.de capi.dimi.⁊
idẽ voluit Saly.i.l.fi.C.de ver.ſigni.qui dicit ꝙ dicunt̃ de caſata
⁊ idem dicit Bal.in.l.iulia.in lectura antiqua.ff.de ritũ nup.q̃ di
cit qḋ dicuntur de caſata q̃r eſt verbum ſignificãs naturalitatem.
¶ Secundo quia vocabatur Gaſparinus de ſtiatis ⁊ eadẽ arma
deferebat. Nam ex vetuſtiſſima cõſuetudine ſpurij deferũt eadem
arma prout legitimi ſm̃ Bar.i tractatu de inſignijs ⁊ armis.col.
iiij.⁊ de domo dicuntur interdũ portãtes eadẽ arma ſm̃ bar.i.d.
l.tutelas. ¶ Tertio q̃r ex cõi vſu loquẽdi vniuerſaliter dicunt̃ de
eadẽ domo caſata ⁊ familia: vt ꝑ Bar.in.d.l.ꝓnunciatio.§.fami
lie.⁊ in.d.l.fi.C.de verbo.ſigni.⁊ ibi per docto.q̃ vulgaris vſus lo-
quendi preualet ꝓprio ſignificatui.l.libroꝝ.§.qḋ tamẽ caſſius.ff.
9 de leg.iij.l.labeo.⁊ ibi no.ꝑ Bar.ff.de ſupel.lega.cũ ſimi. ¶ †Po-
ſtremo dico ꝙ de mẽte donatoꝝ conſtat quo caſu ſpurij dicũtur
de domo caſata ⁊ familia ſm̃ Bar.i.d.l.tutelas.⁊ Imo.⁊ moder.
i.d.§.ſiquis rogatus.ꝙ aũt in caſu noſtro cõſtet de mẽte patet q̃r
Bartholomeus qui conficit dictam cõuẽtionẽ teſtãdo appellat
pluries dictũ Baldaſarem de domo de ſtiatis.ex qua ſcriptura
mẽs eiꝰ declarat̃.l.nẽſenius.cũ ibi no.ꝑ Barto.ff.de neg.geſt. Vñ
ꝯtũcũq3 nõ eſſet: tm̃ ex quo ipſum habebant ⁊ nominabãt de do
mo de ſtiatis includitur in dicta diſpoſitione pro hoc tex.no.i.l.
alimẽta.ff.de alimẽ.⁊ ciba.leg. Ubi licet libertus liberti mei nõ di
catur libertus meus tamen ſi ipſum nominabam libertũ meuʒ ⁊
habebã pro liberto meo: includit̃ in diſpoſitiõe mea quã dirigo
ad libertos meos ⁊ ideo dicit ibi Barto.ꝙ licet alias in diſpõne
appellatione filioꝝ nõ ꝯtinerent̃ nepotes: tm̃ illud verũ niſi diſpo
nẽs noĩaſſet eũ filiũ ⁊ pro filio habuiſſet. Cũ ergo ab eis noĩaret̃
de ſtiatis apparet ꝙ icludit̃ tanq̃ꝫ exiſtens de caſato de ſtiatis cũ
etiã vulgariter de caſata apellent̃. Ex quibus concluditur ꝙ vir
tute dicte cõuentionis domus ꝑuenire dʒ ad dictum Baldaſarẽ
vt ex ſuperioribꝰ clare pʒ. ¶ Supereſt poſtremo deuenire ad illã
difficultatẽ nũq̃d prelegata facta Iacobo per Bartholomeũ te
ſtatorẽ veniãt in reſtõne fideicomiſſi vniuerſalis hereditatis q̃
venit reſtituẽda dicto Baldaſari: ⁊ in hac difficultate excludo ca
ſũs indubitabiles. Nã prelegata q̃ fuiſſet ſimpliciter facta dicto
Iacobo venirẽt ex quo fuerũt ꝑmo facta p̃legata poſtea fuit ro-
gatus vt eſt caſus ſm̃ cõem ĩtellectũ in.l.titia.ff.ad.l.fal.⁊ eſt cõis
cõcluſio in.l.cũ virũ.C.de fideicõ.⁊ in.l.marcellꝰ.§.q̇dã liberis.ff.
ad treb.cõſuluit do. Alex.in cõſil.xxv.i primo volumine.⁊ in ꝯſil.
lxvj.i.ij.vol.habeo etiã ꝑ indubitabili ꝙ portio domus de qua ſu
pra dictũ eſt q̃ ꝑtinebat ad Bartholomeũ qñ nõ deberet̃ Gaſpa
ri virtute cõuentionis.q̃r quo ad eũ eſſet nulla: qḋ tamẽ eſt falſuʒ
non veniret reſtituẽda lʒ p̃legata dicto Iacobo. Quoniã ẽt quo
ad eũ cõuentio valeret vt pʒ in dicto cõſilio Oldra.⁊ ꝑ dñʒ Alex.
in.d.l.licet.C.de pac.⁊ ſic domꝰ ſeu dicta portio deberet̃ Iacobo
ex cõtractu licet p̃legata nõ venirẽt in reſtõne fideicõmiſſi vniuer
ſalis caſus ẽ in.l.luciꝰ.in.§.maritus.⁊ ibi Barto.⁊ alij.ff.ad treb.
⁊ traditur ꝑ bar.⁊ alios i.d.§.q̇dã liberis.vñ opꝰ ẽ dicto Balda
ſari fundare ſe in dicta cõuentione ⁊ in dicto fideicõ. Vñ difficul
tas ꝯſiſtit nõ mediocris q̃d iuris i rebus legatis vxori ⁊ poſt mor
tem p̃fato Iacobo grauato fuerũt eñi multa legata vxori i infra
ſcriptis verbis. Itẽ reliq̃t dñe Magdalene vxori ſue quouſq3 vi-
tam vidualẽ duxerit ⁊ quouſq3 vidua ſteterit ad vſuʒ ⁊ gaudimẽ-
tũ toto tpe vite ſue ipſa vidua ſtãte: ⁊ demũ i fine dicit ⁊poſt mor
tem dñe Magdalene remanere voluit eiꝰ fratri aut eiꝰ heredibꝰ
Pro cuiꝰ difficultatis declaratiõe p̃mitto ꝙ dictũ p̃legatũ factũ
fratri aut eiꝰ hr̃dibꝰ aut Iacobo ſeu eiꝰ hr̃dibꝰ: cũ iter eos cadat
ordinata affectio vt plus cenſeat̃ fratrẽ dilexiſſe q̃ꝫ eiꝰ hr̃des: cẽſet̃
eos vocaſſe ordine ſucceſſiuo. Primo fratrẽ ſeu Iacobũ eo exiſtẽ
te. Scḋo eo nõ exiſtente eiꝰ hr̃des ꝓut infra dicã. caſus ẽ ⁊ibi bar.
⁊ alij in.l.cũ pater.§.pe.ff.de leg.ij.⁊ ꝓbat̃ ex not.ꝑ glo.⁊ doc.in.l.
gallus.§.fi.ff.de lib.⁊ poſthu.⁊no.in.l.pen.C.de ver.ſig. ¶ Ex qua
declaratiõe primo infero ꝙ ſi tpe mortis Iacobi vxor Bartholo
mei erat premortua.⁊ ſic ſumus in caſu in quo Iacobꝰ fuit voca
tꝰ ⁊ nõ eiꝰ heredes: talia p̃legata veniũt in reſtõne.d.fideicõmiſſi
per tex.i.d.l.titia.cũ alijs allegatis. ¶ Ex quibꝰ ẽt ſequit̃ ꝙ ſi qua
prelegata eſſent facta Iacobo: tm̃ ſine illis v̇bis.aut eiꝰ hr̃dibꝰ.lʒ
Iacobus p̃mortuꝰ eſſet venirẽt in reſtõne fideicõmiſſi. ¶ Ex q̃ eñi
teſtator ab vxore p̃legauit Iacobo: ⁊ Iacobũ grauauit de dãdo
Baldaſari: lʒ in ꝑſona Iacobi defeciſſet ſm̃ ꝙ ſtatim dicet̃ tm̃ nõ
defeciſſet ſed deberet̃ dicto Baldaſari q̃r vxor cenſeret̃ grauata
reſtituere Baldaſari vt eſt expreſſa deciſio Bar.cõiter approbata
in.l.cũ in.la.iij.ff.de acqui.here. Si vero ſupponat̃ vxorẽ ſuperui-
xiſſe Iacobo. Tũc qñ poſt mortẽ vxoris bona ſunt p̃legata Iacõ
bo aut eius heredibꝰ difficultatẽ facit q̃r p̃legata tũc nõ videt̃ fa
cta Iacobo grauato ſed eiꝰ heredibus nõ grauatis videt̃ ꝙ non
veniãt in reſtitutiõe fideicõmiſſi ex quo heredes nõ reperiuntur
grauati.l.ſtichũ q̃ meꝰ erit in ꝑn.ff.de leg.j.l.vnica.§.finaũt ad de-
ficiẽtis.C.de cadu.tollen.l.labeo.§.idẽ tubero.ff.de ſuppellectili le
gata. ꝯtrauʒ puto in caſu noſtro vno fundamẽto ſatis claro. Nã pu
to ꝙ vxori in bonis relictis vt.ſ.p.d.verba ad vſum ⁊ gaudimẽtũ
toto tẽpore vite ſue nõ ſit relicta ꝓprietas ſed vſus ⁊ gaudimẽtũ
10 dictorum bonoꝝ. †Nã lʒ qñ teſtõr legat aliquã rẽ ad vſuʒ vł vſum
fructũ donec vixerit cenſeat̃ legare ꝓprietatẽ vt ꝯcludit bar.in.l.
iiij.ff.de ali.⁊ ciba.lega.⁊ traditur in.l.cuʒ hi.§.ſi vni.ff.de trãſac.
⁊ in.l.titia.la prima.§.fin.ff.de leg.ij.⁊ in.l.donatiões.§.ſpẽs.ff.de
dona.q̃r cã vel modꝰ adiectus q̃ reſpicit fauorẽ legatarij nõ limi
tat legatũ vt i dictis iuribꝰ: tm̃ hoc verũ eſt niſi ꝯtrauʒ appeat de mẽ
te defuncti vt voluit bar.in.d.l.iiij.ponit do. Alex.i ſuo ꝯſilio pe.
ad fin.in.ij.volu.⁊ And.ro.in cõſ.ccccciij.incipit. Viſis ⁊ diligẽter
inſpectis. Sʒ in caſu noſtro cõſtat de mẽte: igit̃ ⁊c. Nam teſtator

fecit legatū vxori de dicta parte domus ꝑ dicta v̄ba formalia de
qb⁹ ſupra per q̄ verba facit ēt alia legata ⁊ demū ipſemet teſtator
i.c.inſti.heredis ꝓhibet heredeʒ venire contra legatū factū vxori
de vſu ⁊ vſufructu dictarum partium domus.q̄ verba clare ſigni-
ficāt vſumfructum:vt dicit Bar.i.d.l.iiij.allegando tex.in.l.ij.in
fi.⁊ in.l.lucius.eo.ti.Si ergo teſtator declarat ſe legaſſe vſumfru-
ctū dictarū partiū dom⁹.Igit̄ ē iſto caplo ita declarato habem⁹
ꝙ teſtator ꝑ dicta v̄ba nō voluit legare ꝓprietatē ſed vſuʒ ⁊ vſum
fructū.⁊ ꝑ cōſequēs eadē verba poſita in alijs capitulis declarāt
caſus eſt in.d.l.vnica.⁊ ibi Bar.Ang.⁊ alij.ff.de peti.here.ad idē
tex.in.l.heredes palā.§.ſed ſi notā.in verbo.ex vicinis ſcriptis.ff.
de teſtamen.¶ Ex qbus pʒ ꝙ teſtōr tm̄ voluit relinq̄re vſumfru
ctū ⁊ vſuʒ ⁊ nō ꝓprietatē.Voluntas aūt teſtōris p̄dominat̄.l.in cō
ditionib⁹ p̄mū locū.ff.de cōdi.⁊ demō.⁊ non pōt dari dictis v̄bis
melior interp̄tatio q̄ꝫ illa q̄ꝫ ipſemet teſtator dat:facit ad hoc qd
habet̄ i.l.ab executore.ff.de appel.ad idem.l.labeo.ff.de ſupel.lega.
¶ Ex quib⁹ īfero in ꝓpoſito ꝙ ꝓprietas ⁊ cā ſit ī hr̄ditate dicto
rū bonoꝝ ⁊ venit reſtituēda:⁊ ꝯſequēter finito vſufructu fuit vſuſ
fruct⁹ conſolidatus cum ꝓprietate penes eum penes quē erat ꝓ
prietas.l.ſi titio.ff.de vſufru.tradit Bar.in.d.l.marcellus.§.qdaʒ
liberis.Sʒ poſito ꝙ cēſeret̄ relicta ꝓprietas adhuc idē vr̄ ꝯcludē
dum.Nā ſi teſtator ſimpl'r legatū feciſſet vxori de dictis bonis ad
vſum ⁊ vſumfructū donec vixerit:quouſqꝫ vixerit mortua vxore
bona legata reuertebātur ad Iacobuʒ eo ſupſtite tpe mortis vxo
ris:⁊ eo nō ſuperſtite ad eius heredes vt decidit no.Bar.i.d.l.ti-
tia.§.fi.allegat.l.ſi ita.ff.de ſtatulibe.ibi Paul.de ca.aſſignat rō-
nē:q2 tūc finito tpe biēnij redeunt bona ad heredē nō iure fideicō
miſſi ſʒ ꝯſolidatiōis q2 legata ꝯſolidātur cū hereditate ſicut vſuſ
fructus cū ꝓprietate:⁊ ſic penes quēcūqꝫ reperit̄ hereditas bona
legata redeūt finito tpe:vt in.l.fi.C.de leg.⁊ ita intelligit bar.⁊ re
ſpondet ad.l.in cauſe.§.pōponius.ff.de euic.q̄ videbat̄ facere ī ꝯ-
riū ꝙ loquatur qn̄ legatū eſt ſimpl'r factuʒ ⁊ grauatus eēt legata
rius poſt mortē de reſtituēdo heredi:ſecus ſi quouſqꝫ vixerit lega
tarius vt ibi latius per euʒ.⁊ idē tenet in.l.fi.C.de leg.⁊ ſeqtur ibi
lati⁹ do.Alex.igit̄ in caſu noſtro licet teſtator dixerit ꝙ poſt mor
tē bona remaneāt Iacobo aut eius heredibus iſta verba nō hn̄t
dictā deciſionē alterare.Nā hoc idem in caſu noſtro volūt Pau.
de caſt.⁊ ſequentes eum dum reſpōdēt ad dictū.§.pōponi⁹.Nam
volunt ꝙ ſi factū fuiſſet legatuʒ tēporale quouſqꝫ viueret legata
rius:ꝙ tunc hʒ locū illud qd dicit̄ ꝙ cōſolidant̄ legata cū heredi
tate ſic vſuſfructus cū ꝓprietate ⁊ nō debet̄ iure fideicōmiſſi ⁊ tm̄
in.d.§.pōponi⁹ dictū fuit ꝙ poſt mortē perueniret legatū ad he-
redem.¶ Cōfirmat̄ hoc idem rōne.Nā ſi illa verba nō fuiſſent ex
p̄ſſa ex tacita mente teſtatoris bona legata fuiſſent reuerſa ad Ia
cobū ⁊ eo nō ſuperſtite ad ei⁹ heredes ex tacita mēte teſtatoris ſʒ
ii bar.⁊ alios i.d.l.titia.§.fi.† Sʒ qn̄ exprimit̄ illud ꝙ tacite inerat
ex tacita volūtate teſtatoris expreſſio nihil operat̄ ſed facta cēſet̄
cauſa dubitationis tollende.l.cū qd.ff.ſi cer.pe.⁊.l.q̄ dubitatiōis.
ff.de reg.iur.⁊ eſt regula Barto.cōiter approbata in.l.iij.ff.de leg.
j.⁊ ſic cū hereditas tranſeat in fideicōmiſſum trāſeunt etiā dicta
bona per p̄dicta:⁊ licet nō reperiā hanc queſtionē in ſpecie deci-
ſaʒ puto hāc eſſe veritatē.¶ Poſtremo iſta ꝯcluſio eſt manifeſte
ex mēte teſtatoris.Nā teſtator ſi Iacobus decederet ſine filijs ſub
ſtituit Baldaſarē:⁊ ſic apparet ꝙ predilexit Iacobum heredē in
ſtitutū ⁊ ei⁹ filios poſitos in cōditione.d.Baldaſari.l.lucius ī fi.
ff.de here.inſti.Sed Baldaſarē ſubſtitutum mortuo Iacobo p̄-
dilexit heredibus extraneis dicti Iacobi:⁊ ſicut predilexit in ſub
ſtitutiōe fideicōmiſſi vniuerſalis ita cēſet̄ predilixiſſe in dictis p̄-
legatis arg.l.publius.ff.de condi.⁊ demō.Ex qbus dico ꝙ q̄uis
poſt mortem vxoris ſint vocati Iacob⁹ ⁊ eius heredes:ītelligi dʒ
ī.filij:ne reſultet abſurdum ꝙ videat̄ p̄tuliſſe heredes extraneos
Iacobi dicto Baldaſari ꝯ mentē teſtatoris.arg.tex.no.cū ibi no.
ī.l.ex facto.§.fi.ff.ad treb.⁊ ad hoc optime ſeruiūt q̄ no.ponit bar.
in.l.gall⁹.§.⁊ ſi parēte.ff.de libe.⁊ poſthu.in iſtis aūt multū eſt in
cōſideratiōe voluntas defuncti.l.cū virū.C.de fideicō.¶ Ex qb⁹
oib⁹ ꝯcludo ꝙ dicta p̄legata veniūt ī reſtōne.¶ Vltio.nō obſtat
q̄ ad no.per Paul.de caſt.⁊ alios in.d.l.penul.⁊ in.d.§.fi.diceret̄
ꝙ habent locū qn̄ bona reuerti debent ad heredem tanq̄ heredē
vel ad hereditatē q2 tunc dicunt̄ reuerti iure cōſolidatiōis:q2 ha
bit⁹ eſt reſpect⁹ ad hereditatē.Sed in caſu noſtro reuerti dn̄t ad
Iacobū ⁊ ſic nō vt ad heredē.⁊ per cōſequēs nō vr̄ habitus reſpe
ctus ad heredē ſed ad perſonā Iacobi ⁊ ꝑ cōſequēs ꝙ Iacobo ⁊
heredib⁹ deberent̄ iure fideicōmiſſi.⁊ ſic in pſona hr̄dū habuit lo
cū ꝙ nō veniūt ī reſtōne fideicōmiſſi vniuerſalis q2 hr̄des nō ſunt
grauati vt dixi.Nā ad hoc rn̄deo ꝙ teſtator aliqn̄ vocat fratrē vl'
eius heredes:aliqn̄ fratrem ⁊ heredeʒ aut eius hr̄des.Vn̄ ex quo
vno caplo vocat Iacobū heredē ab eodem recipiūt interp̄tatio-
nē alia capitula:vt in.d.l.vtrū.⁊ in.l.q filiab⁹.⁊ in.l.ſi ſeruus plu-
riū ī fi.ff.de leg.j.⁊ ſic vult qd remaneant apud fratrē aut heredē.
¶ Scdo rn̄deo q2 non dicit̄ ſimpl'r Iacobo ſeu fratri ſed aut ei⁹
heredib⁹.⁊ ſic pʒ qd habit⁹ fuit reſpectus ad fratrē vt heredē ⁊
hr̄ditatē:nā vna pars alternatiue ꝑ aliā declarat̄ caſus eſt not.
⁊ ibi Dy.⁊ Bar.in.l.j.ff.de reb⁹ dubijs.cū his q̄ pulchre ibi dicit
do.Raph.cu.qd no.Bar.allegando dictā.l.primā.⁊.l.ſi poſt me
diū.ver.Itē faciunt ad aliā q̄ōnem.ff.ſiquis cau.⁊ Lud.ro.cōſil.
cxxviij.inci.Premiſſoꝝ dictoꝝ.¶ Cōfirmat̄ qd ex quo voluit ꝙ
ēt reuerteret̄ ad ei⁹ hr̄des:pʒ qd habit⁹ fuit reſpectus ad here-
ditatē.⁊ ſic qd ꝯſolidaret̄ cū hr̄ditate:⁊ p̄ꝯn̄s trāſit ſeu reuertit̄
vt cū hereditate ꝯſolidet̄ ⁊ reſtituatur ꝑ no.in.d.l.titia.ff.de le.ij.
Ex p̄miſſis clariſſime pʒ qd dicta p̄legata veniūt ī reſtōne maxi-
me tenēdo qd ſit legat⁹ ſolus vſuſfruct⁹ vel ſi vxor teſtōris p̄mor
tua eſt Iacobo vt ex ſupiorib⁹ pʒ. Laus Deo.Bartho.ſoci.⁊c.

¶ Summarium.

☞ An ex offenſione heredis qd hereditatem adiuit poſſit contra
ipſum executio inſtrumenti teſtamēti peti.⁊ ſic contra heredem
peti poſſit a legatarijs ⁊ circa nonnulla legata.

1 Legatarij de iure communi poſſunt incipere a petitione execu-
tionis inſtrumenti in parte legatorum.

2 Voluntas nō verſatur nec preſumitur eſſe circa ſibi impoſſibilia.

3 Qn̄ eſt iuratum in rem obſtat exceptio ex quacūqꝫ cauſa agatur.

4 Ratio adminiſtratiōis qn̄ ſpecialiter fuerit reddita occaſiōe ad
miniſtrationis tutele liberatio nō extenditur ad aliam cauſam.

5 Verba in contractibus non debent eſſe ſuperflua.

6 Renunciari pōt cum iuramēto legibus prohibitiue loquētib⁹.

¶ Conſilium.ciij.

¶ Dn̄s labia mea aperiat ⁊ ſpūs ſanctus illuminet intellectuʒ.

In caſu conuentionis ⁊ re
ꝯuentionis vertētib⁹ inter Alexā.⁊ magiſtrū Anto.
de Fauētia in primis cām cōuētionis ⁊ recōuētionis
diſcutiā.¶ Circa p̄mā cām Alexāder hʒ intentionē fundatā cō
tra magiſtrū Anto.apparet em̄ publicū inſtr̄m teſtamenti in q̄
do.Frāci.teſtator inſtituit dictū magiſtrū Anto.heredē ⁊ dicto
Alexādro legauit libras.cc.bon̄.peruētas ad manus ipſi⁹ teſtō-
ris de rebus ⁊ bonis dicti Alexādri.Itē reliquit dicto Alexan-
dro iure inſtōnis libras cētū bon̄.de bonis ipſius teſtōris.Itē ex
proceſſu cōſtat ꝑ ꝯfeſſionē dicti magiſtri Antonij qualr̄ ipſe he-
res inſtitut⁹ adiuit hr̄ditatē.Vn̄ merito ꝓ dictis libris retentis
petere potuit Alexā.ꝯ.m.antoniū hr̄dē executionē inſtr̄i teſtamē
1 ti.⁊ hoc dictāt ſtatuta vt dr̄ ī pūcto.† Itē de iure cōi legatarij īci-
pere pn̄t a petitiōe executiōis inſtr̄i in pte legatoꝝ ſm̄ Ang.per
illū tex.in autētico de here.⁊ fal.§.pe.Solū ergo eſt vidēdū an.d.
Alex.obeſt liberatio ⁊ ꝯtatio facta ꝑ dictum Alexā.dicto.M.
Ant.Circa quā difficultatē nō inſiſtēdo ī reb⁹ claris aduertēdū
eſt dict⁹.d.Frā.teſtōr duo fecit legata alteꝝ libraꝝ.cc.alterū libra
rū.c.bon̄.Et incipiēdo ab iſto vltimo dōm eſt ſine heſitatione ꝙ
dicta ꝯtatio ⁊ liberatio ad hoc nō extēdit̄ poſito ꝙ Alexā.de di
cto legato milies clarā noticiā habuiſſet.Nā alexā.liberat magi
ſtrū Anto.ab oī eo ⁊ toto ad qd fuiſſet obligat⁹ occaſiōe admini-
ſtratiōis tutele.d.dn̄i Frāciſci ⁊ ēt.d.M.antonij:ex eo q2 rō fuit
ſufficiēter reddita cū plena reſtōne reliquoꝝ:⁊ liberat ab oī alia
quātitate ad quā teneret̄ ex cā ātiq̄ depēdēte ab ipſa adminiſtra
tiōe tutele.ſʒ h̄ debitū.c.librarū legataꝝ de qb⁹ in teſtō non debe
bat̄ ex aliq̄ cā depēdente a dicta adminiſtratiōe tutele ſed tm̄ ex
teſtō.Igit̄ nō venit ī dicta quātitate ⁊ liberatiōe cū ſint facte ex
exp̄ſſa cā adminiſtratiōis tutele tā dn̄i Frāciſci q̄ꝫ.m.antonij:ca-
ſus ē ſm̄ vnū ītellectū cōiter approbatū ī.l.age cū geminiano.C.d
trāſ.⁊ ibi hoc tenēt Bal.Saly.Pau.⁊ cōiter doc.⁊ Bal.⁊ Saly.
ī.l.ſub p̄textu ſpēꝝ.C.de trāſ.⁊ Bar.ī.l.ſi certa.C.e.ti.⁊ dn̄i Cano
niſte maxie.d.Abb.ī.c.j.d trāſ.Et hoc ſolū ſufficeret ad victoriā:
nec ī hoc curat̄ ſciuerit vl' ignorauerit.Sʒ ex abūdāti ēt ꝯfirmat̄
q2 ꝙ ex q̄ ꝯtatio ⁊ liberatio emanauerūt pp dictā redditionem
rōnis adminiſtratiōis tutele ēt ſi gn̄aliter fuiſſent ꝯcepte d oī de-
bito tn̄ erāt reſtringēde ad cām adminiſtratiōis tutele caſus eſt
in.l.emptor.i.§.luci⁹.ff.de pac.q tex.gn̄aliter ꝓcedit ī trāſactiōib⁹
⁊ ī pactis liberatorijs ſm̄ doct.cōiter ibi qcqd ibi dixerit gl.Igi-
tur multo forti⁹ in caſu nr̄o in quo fuit expreſſa cā adminiſtrate
tutele.Vn̄ lʒ fuiſſet poſtea appoſita gn̄alis clauſula ꝙ liberaſſet
ex quacunqꝫ alia cā reſtringi debebat.ſ.rōne adminiſtrate tut.vt
cōiter ꝯcludit̄ ꝑ Bar.⁊ alios in.d.l.ſi decreta.C.de trāſ.⁊ ꝑ Bar.
in.l.aurelio.§.fi.ff.de libe.leg.⁊ Cy.⁊ Bal.in.d.l.ſub p̄textu ſpecie
rū.⁊ do.Anto.⁊ do.Abb.in.d.c.j.de tranſac.q̄ ꝓcedūt ēt ſuppoſi
ta ſciētia dicti legati:ſʒ ſuppoſita ignorātia ē ēt aliud fundamē
tū clariſſimū:q2 ñ valuiſſet ſup depēdētib⁹ ex teſtō.l.de his.⁊.l.nō
eſt ferēd⁹.ff.de trāſac.ſi aūt ſciuiſſet ⁊ in v̄bis liberatorijs potuiſ-
ſet includi:tunc lʒ nō eēt debitū legati ſpecificatū ⁊ nō eſſet dictū
viſis ⁊ cognitis v̄bis teſti tunc forte dici potuiſſet liberationē ex-
tēdi q̄ ī ſui gn̄alitate includebat tale debitū cognitū ab ip̄o libe
rāte ſm̄ Bar.Ang.Ful.⁊ Pau.de ca.in.d.l.de his.⁊ Bar.⁊ doc.
in.l.q rome.§.duo fratres.ff.de ver.ob.Sed in caſu nr̄o vtrūqꝫ de
ficit

ſici:qr tale verbum nõ includitur in v̈bis liberationis. Jtẽ dict⁹ Alexãder p̄ſumit ignoraſſe legatũ ſibi factũ:tũ qr ignorãtia p̄ſumitur.l.verius.ff.de ꝓba.⁊ maxie in Alexãdro q erat minor.l.cũ de indebito.§.final.ff.eo.ti. Nec obſtãt duo teſtes examinati per partẽ aduerſaꝫ per quos ꝓbare eſt conata ſcientiã dicti Alexandri qm̃ nõ ꝓbãt cũ ſint ſingulares in loco ⁊ tpe.l.iuriſiurãdi.C.d teſti.⁊ in.c.bone.el.j.extra de elec.⁊ in.c.lꝫ cãm.extra de ꝓba.⁊ maxie qr agit de ꝓbatiõe ſubſtãtie añ ꝯctũ liberatiõis:⁊ ſic certi tpis q̃ caſu lꝫ alias eſſem⁹ in his q̃ ſolẽt ꝑ teſtes ſingulares ꝓbari iuxta no.per gl.⁊ Jaco.butri.i.l.arriani.C.de hereti.ꝑ Spe.in ti.de inq̃ſitione.§.j.v̈.qd ſi vnus.⁊ Jnn.in.c.qualr ⁊ quãdo.el.ij.de accuſa.extra tñ qñ debẽt illa ꝓbari certo tpe:puta quẽ fuiſſe vſurariũ vel hereticũ ⁊c.tunc teſtes ſingulares nõ ꝓbãt gl.eſt ordi.quã ibi oẽs ſequunt in.l.ob carmẽ.§.fi.ff.de teſti.⁊ tenẽt Bart.⁊ alij in l.celſus.ff.de vſuca.Bal.in.l.fi.in.xv.oppo.C.de edi.diui adri.tol. ⁊.d.Ant.in.c.licet cãm in.xviij.col.extra de ꝓbat.¶ Ex q̇bus infero ꝙ data ignorãtia lꝫ nõ eſſet de depẽdentib⁹ ex teſtõ:tñ ad tale debitũ nõ extenderet dicta liberatio qr ignorãs nõ põt dici ꝙ remittat ex q̃ nõ cõſentit.l.q cũ tutoribus.ff.de trãſac.⁊ no.Bart.⁊ doc.ſequunt in.l.ſi de certa.C.de tranſac.⁊ do.Abb.in.c.j.de trãſac.⁊ habet in.l.tres fratres.cũ ſimi.ff.de pac. Sꝫ iterũ inſtari põt ꝙ imo ꝓbetur ſciẽtia. Nã ĩ inſtr̃o quietatiõis ſit mẽtio qualr dñs Frãciſcus erat mortu⁹ relicto magr̃o Antonio herede vniuerſali:⁊ ſic Alexãder videt fateri ip̃m heredẽ vniuerſalẽ iuxta no.per Bart.in.l.ſciẽdũ.ff.de ver.ob. Jtẽ dñs Alexãder liberat eũ tanq̃ heredẽ vniuerſalẽ ab adminiſtratiõe dñi Frãciſci:hoc aũt ꝙ eſſet heres vniuerſalis non poterat cõtingere niſi ex teſtõ qm̃ ab inteſtato nõ erat vniuerſalis heres.ſꝫ Alexã.ſuccedebat pariter cũ eo: vt in aut.poſt fratres.C.de legi.her.e.ex quo ergo geſſit actũ cũ eo tanq̃ herede ex teſtõ vr̃ habuiſſe noticiã teſtamẽti iuxta plene no.ꝑ Bar.i.l.q rome.§.duo fratres in.iij.q.ff.de ver.ob. Ad hoc motiuũ reſpõdet ꝙ cũ p̄ſumat ignorãtia iuxta.l.qm̃ ſororẽ.C.d iure delib.⁊.l.fi.ff.pro ſuo.⁊ in.l.veri⁹.ff.de ꝓba.licet Alexãder videat fateri ip̃m eſſe hr̃dẽ:tñ non exprimit ex teſtõ vel ab inteſtato.potuit eñi fateri ipꝫ heredẽ ab inteſtato qr ipſe nolebat eſſe heres vł ẽt ex aſſertiõe dicti magiſtri Antonij. Vñ cũ ꝓbatio reſultãs ex dicta aſſertione de neceſſitate nõ cõcludat nihil releuat.l.nõ hoc.C.vñ cogna.c.in preſentia.de ꝓba.⁊ ita rñdet ſimili motiuo.d.Alex.p̄ceptor meus i.d.l.qui rome.§.duo fr̃es.in addi.ad.iij.q.Bar.ff.de verb.obl. Nec p̄miſſis obſtat iuramẽtũ appoſitũ ĩ ꝯctu q̇etatiõis ⁊ liberatiõis qr nõ extẽdit cõſenſum ad ignorata ſꝫ Bar.no.in.l.ſi q̇s ꝓ eo in p̄n.ff.de fideiuſ.⁊ Bal.i.c.cũ ꝯtigat.in.vij.cõcluſio.ff.de iureiurã.bar.de ſaly.i.l.j.C.cõmo.⁊ Are.p̄ceptor me⁹ ĩ ꝯſi.xxiiij. ⁊ do.Alex.cõſi.xxviij.in.j.volu.⁊ ſi dicat in caſu nr̃o renũciauit cõdictioni indebiti ſine cã ĩ factũ actiõi:⁊ oĩ alij.ll.⁊ iuris auxilio.q̃ clauſula gñalis poſt ſpãles renũciatiões opat ꝙ cẽſeatur ſpãlr renũciatũ iuri ſibi cõpetẽti ſm bar.in aut.mr̃i ⁊ auie.C.qñ mali.officium tute.fungi põt ⁊ bart.i.l.ſi ſub cõditiõe.ff.de teſta.tu. Et hoc attẽto iur̃o qr vr̃ ꝙ poſſit cũ iuramẽto renũciari diſpõni.d.l.de his.ff.de trãſa.vt voluit Joã.de imo.ĩ repe.d.c.cũ cõtigat.ĩ vlt.char.extra de iureiur.⁊ ita in ſpecie ĩ tali renũciatiõe in terminis nr̃is dicit do.Alex.ĩ ſuo ꝯſi.xj.ĩ.ij.volu.arg.eoꝝ q̃ no.bar.in.l.ſciẽdũ.ff.de verb.ob.cũ ꝯcor.⁊ tenet do.Rapha.cu.in.d.l.ſi q̇s ꝓ eo.⁊ do.alex.in.d.§.duo fratres circa.v.q.Bar.¶ Ad hoc rñdet ꝙ.d.l.de his nõ põt cũ iuramẽto renũciari ſꝫ bar.in.l.cũ hi.ĩ ſi.p̄n.ff.de trãſa. ⁊ Ange.ꝯſi.xciiij.incip.Cum lis ⁊ qđ.ad ſi.⁊ Bal.in.c.cũ ĩter de renũ.facit glo.pen.in.l.fi.C.de reb.cre.¶ Preterea lꝫ cũ iuramẽto poſſet renũciari tñ ſine iur̃o nõ põt:ſm Jaco.de bel.Ja.but.bar.Bal.⁊ cõiter doct.in.d.l.de his no.gl.in.l.pcm̃ inter heredẽ.ff.de pac.⁊ ꝑ ꝯſequẽs ꝑ illã gñalẽ renũciationẽ non cẽſetur renũciatũ. Ex quo ĩfert ꝙ ẽt cũ iur̃o talis renũciatio nõ opat.p̄dicta ꝓbãtur.¶ Pr̃o ꝙ talis gñalis renũciatio nõ valeat pꝫ:qr ꝙ ex q̃ nõ põt ſpãliter renũciari:vt ĩ.d.l.de his hoc nõ venit in tali dicta re-
2 nũciatiõe qr†volũtas nõ v̈ſat nec p̄ſumit eẽ circa ſibi ĩpoſſibilia ſꝫ Bar.i.l.ſi q̇s ſub cõdõne.ff.de cõdi.inſti.⁊ Bal.ĩ.l.fi.§.in cõputatiõe.C.de iure deli.⁊ lꝫ cũ iuramẽto fieri poſſet:tñ illud põt ꝓcedere qñ q̇s exp̄ſſe renũciaret bñficio.d.l.de his. Sꝫ ĩ caſu nr̃o renũciatio fuit gñalis q̃ ſine iur̃o nõ ĩcludit auxiliũ illi⁹ legis. Jgitur nec iuramẽtũ:qr renũciatio cũ iuramẽto nõ includit caſus q̃s nõ iurata nõ ĩcluderet.l.fi.C.de nõ nu.pecu.l.fi.ff.q ſatiſda.cogã.ſm bar.bal.⁊ doc.i.l.ſꝫ ⁊ ſi q̇s.§.q̃ſitũ.ff.ſi q̇s cau.⁊ Jo.an.do.ant.⁊ pe.de anc.in.c.j.de cõmo.⁊ Saly.in.l.j.C.cõmo.⁊ tꝫ do.Alex.ĩ.d.cõſi.xxviij.⁊ ſic nõ vr̃ verũ qđ dicit do.alexã.ĩ.d.cõſi.xj.vel ꝓcedere poſſet qñ liberatio ĩ ſui gñalitate ĩcluderet ẽt debita ex teſtõ ꝓut ip̄e loq̇tur in.d.l.q rome.quo caſu renũciãdo vt ſupra ⁊ iurãdo ſup facto renũciationis vr̃ velle ꝙ valeat eo mõ quo poteſt.l.cũ pr̃.§.fili⁹ matrẽ.ff.de leg.ij.vt ꝑ Bar.ĩ.d.l.ſi q̇s ꝓ eo.ĩ.viij.mẽbro.⁊ cogitare in genere de oĩ remedio ꝑ qđ contrauenire poteſt ꝑ ea q̃ no. Bar.ĩ.d.l.ſciẽdũ.ff.de v̈bo.obli.⁊ in.l.ij.C.de reſcin.ven. Sed in caſu noſtro v̈ba liberationis non includũt iſtũ caſum quia non includit ignorata ⁊ depẽdẽtia ex teſtamento. Jgit nec renũciatio nec iuramẽtũ includũt iſtũ caſum vt declarat Pau.de ca.in terminis ĩ ſuo ꝯſi.lxx.incip.viſo p̄ũcto. Jtẽ ſi q̇etatio nõ ĩcludit hoc debitũ igit nec renũciatio qr eatẽn⁹ cẽſet bñficijs.ll.renũciatio q̃tẽn⁹ extẽdit liberatio ⁊ nõ vltra. Nã clauſula renũciatiõis ⁊ alie regulãt ſꝫ naturã ꝯct⁹ principalis ſm gl.not.in.l.ſi p̄ron⁹.§.p̄ronũ.ff.ſi qd in fraudẽ p̄roni.⁊ ẽ tex.in.l.j.§.j.⁊.§.debitũ.ff.de cõſtit.pec.quã ad hoc alleg.Bal.in.l.ſi abſentis.C.ſi cer.pet.⁊ no.bal.ĩ.l.ẽt.C.de execu.rei iu.⁊ Cy.ĩ.l.in ꝯctib⁹.C.de nõ nu.pec. Si ergo nec q̇etatio nec renũciatio extẽduntur ad hoc debituꝫ:igitur nec iuramẽtũ.qr ꝑ illud iſta nõ extẽdunt ad caſum ad quẽ nõ extẽderẽt ſine iur̃o vt dixi ⁊ declarat Salyc.in.l.j.C.cõmoda.⁊ Pau.de caſt.in cõſi.cxlij.incip.primo videdũ.⁊ Ang.in conſi.xciiij.incip.cũ lex ⁊ qđ.⁊ qđ dicit Fede.de ſenis cõſi.cxcviij.incip.queritur an domina Margarita ⁊ Pau.de ca.cõſi.cccix.incip.aduertẽdum maxime qr hmõi clauſule apponunt de ꝯſuetudĩe tabellionũ.vt dicit.d.Car.ꝯſil.cxx.⁊ iſta percurri lꝫ nõ neceſſaria ꝓpter p̄mũ fũdamẽtũ.Sꝫ ex abũdãti.¶ Venio nũc ad p̄mũ legatũ.ſ.cc.lib.ĩ q̃ vertit pluſculũ difficultatis ex eo qr.d.Frã.legat.cc.libras boñ.ꝑuẽtas ad man⁹ ſuas de bonis ⁊ reb⁹.d.alex.clarũ aũt ẽ ꝙ teſtõr noluit ꝙ dicte.cc.lib.peterent vt debite itẽ vt legate alias diceremus ꝙ ſemꝑ legatũ factũ a debitore creditori de quãtitate quã dr̃ valere cõtra.l.ſi creditori.ff.de leg.j.cũ ibi not. Vñ vr̃ ꝙ aut debem⁹ dicere ꝙ ex quo erãt debite legatũ nõ valeat iuxta.d.l.ſi creditori.vł poſito ꝙ valeret ex quo eadẽ q̃titas ⁊ debebat ⁊ legata erat ⁊ ſic ad illã duplici obligatiõe.m.Ant.tenebat ⁊ ale.fatet ſe habuiſſe oĩa reliqua q̃ ꝑuenerãt ad man⁹ do.Frã.⁊ liberat:qr ſolutione ei⁹ qđ debebat oĩs obligatio ex quacũq̃ cã ſit ſublata eſt.iſti.q.mo.tol.obli.in p̄n.ad idẽ text.in.l.ſi duobus.§.j.⁊ in.§.q̃ iurauit.ff.de
3 iureiur.⁊ in.l.fi.poſt p̄cipiũ.in qb⁹ † qñ eſt iuratũ in rẽ obſtat exceptio ex quacũq̃ cã agat. Sꝫ hoc nõ obſtãte ꝯtrũ p̄uto veri⁹ ĩ caſu noſtro ꝙ imo illud legatũ nõ cẽſeat eẽ ſublatũ ⁊ pro ſolutione p̄mitto ꝙ dato ꝙ magiſter Frãciſcus p̄dict⁹ nihil debuiſſet legatũ valuit.l.ſi ſic.§.j.ff.de leg.j.⁊.l.ſi nõ deſignata.C.de fal.cã adiec.leg. Si eñi.d.cc.lib.nõ debebant ex eo qr ꝑueniſſent ad manus domi.Franciſci de bonis Alexãdri:hoc ſciebat magiſter Franciſc⁹ ſeu ſcire p̄ſumebatur qr in facto ꝓprio.l.q̃q̃.ff.ad velleia.⁊ ꝑ bar.in.l.non fatet.ff.de cõfeſ.cum ſimi. Vñ preſumit ꝙ ex certa ſciẽtia fecerit:vt eſt caſus in.l.ij.⁊ ibi Pau.de ca.C.de fal.cã adiec.leg.⁊ ideo nõ ſufficit ꝓbare rẽ aliter ſe habere niſi ꝓbetur error ex quo aſſertio eſt ſuꝑ facto ꝓprio vt per bar.in.d.l.nõ fatetur.⁊ Paul.de ca.in.l.j.C.de fal.cauſa adiec.lega.¶ Ex q̇bus tollit obiectio ſi diceret ꝙ aut erat debitum ⁊ legatũ nõ vꝫ. Aut teſtator credebat ⁊ nõ erat ⁊ nõ vꝫ ſm pe.⁊ refert ⁊ ſequit.d.alex.in.d.l.ſi ſic.⁊ tenet do.Pau.de caſt.ĩ.d.l.ij.C.de fal.cã adiec.leg.qr eſt terti⁹ caſus qñ nõ erat debitũ:⁊ teſtõr ſciebat ꝙ tũc exp̄ſſa certa quãtitate legatũ vꝫ.d.l.ſi nõ deſignata. Quinimo ſola ꝯfeſſio debiti in teſtõ ĩ certa quãtitate inducit legatum ſi aliter debitũ nõ probatur:vt in.d.l.ij.⁊ eſt tex.ſm Dy.in.l.j.in fi.ff.de dot.prele.¶ Ex quibus infero in ꝓpoſito ꝙ niſi ꝓbet ꝙ.d.cc.lib.erãt debite cẽſent ſimpliciter legate. Et habet tale legatum naturam legati:⁊ ſm naturã legati:⁊ leges legati regulat. Jſta probãtur per text.no.in.l.qui vxori.ff.de aur.⁊ argẽ.leg.per quẽ dicit ibi Bar.ꝙ ſi aliq̇s legat alicui aliquid tanq̃ debetur vt ſimpliciter legatũ niſi probetur debitũ ꝑ teſtes vel inſtr̃a:⁊ id defalcatur ſicut alia legata:⁊ id refert bar.ꝙ legata ꝓ vſuris ⁊ male ablatis defalcant niſi probẽt debita ꝑ illũ tex.ꝙ Bart.dicit eſſe mirabile:⁊ ſequit Paul.de ca.in.d.l.ij.C.de fal.cã adiec.leg.¶ Ex quibus dico ꝙ niſi.cc.libre probentur debite ꝙ iudicãdũ eſt de hoc legato.cc.libra.ſicut de legato cẽtũ librarum ad qđ quietatio non extẽditur vt ſupra dictũ eſt.¶ Preterea ex q̃ nõ appet ex qua cã eſſent debite:⁊ qñ fuiſſet dictũ debituꝫ ꝯctũ nõ põt cõcludẽter ꝓbari ꝙ ex tali cã fuerit debite cũ ſimplr cõfiteat ꝙ deuenerũt ad man⁹ ſuas nõ expreſſa cã vñ nõ põt debituꝫ oſtẽdi niſi ꝓbatiõe ĩcerta:⁊ nõ cõcludẽti q̃ nõ releuat.l.nõ h̃ C.vñ cog.c.ĩ p̄ñtia.extra de ꝓba.vñ potuit deberi ex aliq̃ cã ꝙ legatuꝫ valuiſſet poſito ꝙ fuiſſent debite.iuxta plene no.ĩ.l.ſi creditori.ff.de leg.j.⁊ maxime qr ꝓ legato cõpetit executio ex forma ſtatuti rõne cui⁹ ĩtereſſe legatuꝫ vꝫ vt cõcludũt pleriq̃ moderni.ĩ.d.l.ſi creditori.⁊ hoc intereſſe cõſiderat in ſimili Bar.in.l.q tabulas ff.de fur. Jtẽ clariores ſunt ꝓbationes quas cõſiderabat Bar.in l.qui bis idẽ.ff.de v̈.ob. Jtẽ ſi ꝓ p̄rio debito bona nõ fuiſſent hypothecata ꝓ iſto eſſent ⁊ vꝫ ſꝫ Bar.⁊ bal.in.d.l.ſi creditori. Jtem vertit ĩtereſſe ꝓpter minores expẽſas qđ cõſiderat bar.ĩ.d.l.q bis idẽ.ff.d v̈.ob.¶ Ex qb⁹ in ꝓpoſito ĩfero ꝙ q̃tũcũq̃ diceremus.cc.lib.legatas fuiſſe debitas.ex quo nõ appet qñ ⁊ q̃uo debitũ fuerit ꝯctũ dici dꝫ legatũ valuiſſe ꝑ qđ ẽt debitũ facili⁹ ꝓbat ⁊ p̄ſcriptio ĩterrumpit ſꝫ Bal.ĩ.l.falſus.C.de fur.¶ Ex q̃ ꝯclõne iteruꝫ infero ĩ ꝓpoſito ꝙ cuꝫ idẽ debituꝫ.cc.lib.deberet ex diuerſis cauſis.ſ. ex cã ex qua debebat.itẽ ex cã legati:vel dicẽduꝫ eſt ꝙ ex nulla cã debitum eſt extinctum cum liberatio tñ ſit facta de debitis ꝯtra

etiſ occaſione adminiſtrationis tutele per no.in.d.l.age cũ gemi
niano.C.de trãſac.Vel poſito φ eſſet extinctum ex cauſa admini
ſtrationis tutele.licet hoc nõ conſtet tñ nõ dicitur extictũ ex cau
4 ſa legati.†quoniã cũ ratio adminiſtratiõis ſpecialiter fuerit red
dita occaſiõe adminiſtratiõis tutele liberatio nõ extẽdit ad aliã
cauſam.licet ſit idẽ debitũ.l.ſi ita qs.§.ſi.ff.de verb.obli.ſm bart.
in.l.ſi de certa.C.de trãſac.⁊ ſic nõ extendit ad cauſam teſtamẽti.
Et hãc opi.bar.ſequunt cõiter doc.ibi vbi bal.ẽt dicit φ i dubio
videtur habitus reſpectus ad cãm que vẽtilabat:⁊ nõ ad cauſaȝ
que nõ fuit propoſita.arg.d.l.ſi de certa.⁊ tenet do.Abb.in.d.c.j.
de trãſac.Cũ ergo in caſu noſtro nõ fuerit ventilata cã teſtamẽti
imo pſumit ignorãtia p Alex.ad talem caſum pactũ liberatoriũ
nõ extẽdit.¶Ex quibus oibus cõcludo φ dicta qetatio non ob
ſtat.d.Alex.petẽti executionem legati p dictis.ccc.libris:⁊ p con
ſequẽs remanet intẽtio dicti Alexãdri bñ fundata.¶Circa cau
ſaȝ recõuẽtionis primo dici põt φ Alexãder nõ potuit recõueni
ri:qr cũ.M.Ant.fuerit cõuentus executiue virtute inſtrumenti
qd hȝ executionẽ ex forma ſtatuti nõ potuit recõueniri ſm Bal.i
aut.⁊ cõſequẽter.C.de ſentẽ.⁊ interlocu.omnium iudi.Sȝ poſito
φ potuerit recõueniri cũ intẽtio.M.Anto.ſit fundata in codi
cilis q̃rit an dicto.M.Ant.obſtet inſtrm liberatiõis ⁊ qetatio
nis facte Alexãdro ⁊ difficultatẽ facere videbat:qr.m.ant.liberat
a qbuſdã debitis ſpãlib⁹.Vñ videbat poſtea φ liberatio gñalis
reſtringeretur ad ſpecificata per tex.cũ ibi plene no.i.d.l.ſi de cer
ta.C.de trãſa.⁊ maxĩe ſcdo qr pſumit ignorãtia codicillorũ Hiero
nymi in qb⁹ factũ ẽ legatũ.d.Frãci.ſ.φ.m.Ant.ignorauerit.l.qñ
ſororẽ.C.de iure delib.l.verius.ff.de pba.⁊ ſic φ talis liberatio nõ
extẽdat ad legatũ factũ in codicillis iuxta.l.de his cũ ibi not.ff.de
trãſa.⁊ ſic allegata ſupra in fauorem Alex.vident nũc militare in
ſua liberatiõe facta a.d.m.Ant.ↄ dictũ Alex.¶Sȝ tñ his nõ ob
ſtãtib⁹ ↄria ſnĩa eſt verior φ imo dicta liberatio obſtat.d.m.An
to.Nã poſtq̃ magiſter ant.liberat dictũ alex.ex cauſis ſpecificatis
dicit i dicto iſtrumẽto.Et gñalr de oi ⁊ toto eo ⁊ de oi iure actio
nib⁹ debitis ⁊ obligatiõib⁹ ↄtu.⁊ de oib⁹ ⁊ ſingulis ⁊ ad q̃ dict⁹
alex.d.m.ant.hacten⁹ tenebat.q̃ verba vltra liberationẽ ex cauſis
ſpãlib⁹ factã cõtiet liberationẽ gñalẽ ⁊ vniuerſalẽ ab oib⁹ ↄtib⁹
⁊ obligatiõib⁹ q̃ nõ pñt reſtringi ad cauſas ſpecificatas.ſalua rõ
ne recti ſermonis qr ſi reſtringeret ad cãs ſpecificatas nõ eẽt libe
ratio gñalis ſȝ ſpãlis.l.ſȝ ⁊ ſi qs.§.q̃ſitũ.ff.ſi qs caut.⁊.l.j.§.dixerit
aliqs.ff.de publi.⁊.l.q ex plurib⁹.ff.de ver.ob.Igit tãq̃ gñalis fa
cta p viã pacti ad oia debita ex quacũq; cã extẽdi dȝ.l.plurib⁹.ff.
de accep.⁊ tenẽt Iac.but.⁊ Saly.i.l.age cuȝ geminiano.C.de trãſ
ac.⁊ Saly.in.l.ſi de certa.C.eod.titu.⁊ ita tenẽt Pet.⁊ Cy.i.l.ſub
ptextu ſpecierũ.C.de trãſac.⁊.d.Ant.in.c.j.extra de trãſa.⁊ Bal.i
l.pactũ dotali.in.xiiij.xv.xvj.q.C.de colla.Iteȝ pbat dũ ſubdit q̃
cũq; cã qñolibet dicẽda q̃ vba nõ pñt ad cãs ſpecificatas referri ſȝ
ad alias obligatiões.⁊ cãs nõ ſpecificatas ad hoc bon⁹ tex.i.l.ali
mẽta.§.baſilice.ff.de ali.⁊ cib.leg.⁊.l.coheredi.§.q pri.ff.de vulg.⁊
5 pup.l.doli clauſula.ff.de v.ob.†Facit qr vba in ↄtib⁹ nõ dñt eẽ ſu
pflua p Bal.no.in rub.C.de ↄhẽ.emp.q.ix.Patet ẽt p vba ſequẽ
tia dũ dicit vl excogitãda cũ ſcriptis vl ſine publica vel pnata pu
re vel in diẽ vel ſub cõditiõe vſq; in pñtẽ diẽ q̃ verba reſtringi nõ
poſſunt ex quo volũt φ trahat ad cauſas excogitãdas qb⁹ tene
ret vſq; ad illũ diẽ.⁊ ſic itẽtio ptiũ fuit φ extẽderent ẽt ad icogni
ta ſȝ excogitãda ex poſtfacto.⁊ ſic ẽt incognita veniũt ſm bart.in
l.Aurelio.§.gai⁹.ff.de libe.leg.⁊ tȝ bar.i.l.cũ aqliana.ff.de trãſa.⁊
ẽ bon⁹ tex.i.l.ſub ptextu ſpẽrũ ⁊ ibi hoc tenẽt oẽs.C.de trãſac.qn
imo voluit not.Bal.in.l.tres fratres.ff.de pac.φ pactũ generale
ſui nõ extẽdat ẽt ad icognita.Et p pmiſſa ita cõſuluit i terminis
d.alex.vbi pmiſſa latius habent in ſuo cõſi.xj.in.ij.volu.Et ad il
lud qd dicebat φ nõ extẽdebat ad dictũ legatũ factũ in codicillis
iuxta.l.de his cũ ibi no.Rñdeo ⁊ p rñſiõe premitto φ in caſu nr̃o
probatur φ dictus.m.Ant.tpe dicte liberationis habuit noticiã
dictorum codicillorũ hoc pbat in pceſſu.fo.xxxij.Nã Alex.ponit
φ tpe dicti iſtrumẽti.m.ant.habuit plenã noticiã dictorũ caplorũ
ad qd caplȝ rñdit.m.ant.φ credit habuiſſe noticiã de codicillis.
⁊ lȝ nõ dicat.ſ.tpe trãſactiõis.Tñ ita dȝ intelligi iuxta iterroga
tionẽ precedẽtẽ.l.ſi defenſor.§.q interrogatus.ff.de iter.actio.Et
pbat iſta cõcluſio p tex.no.in.l.qd.§.ſi.ff.de edil.edi.cũ glo.vbi ha
bet φ ſeruus fuit interrogatus an fugerit:an vendit⁹:⁊ rñdet ſe
fuiſſe:tñ lȝ nõ dicat ante venditionem intelligit ſe feciſſe ante vẽ
ditionẽ.⁊ ſic videt cõfeſſio facta cũ eodẽ tẽpore appoſito in inter
rogatione.⁊ ad hoc illum tex.allegat Bald.in.l.j.in vlti.col.C.de
edil.actio.Unde dicit ſingulariter Bar.in.l.ſi qs intẽtione ambi
gua.ff.de ind.φ qñ interrogatio eſt certa ⁊ limitata:⁊ reſpõſio eſt
ambigua declarat reſpõſio ſm iterrogationẽ.argu.d.§.ſi quis in
terrogatus.Cũ ergo in caſu noſtro reſponſio ſit ambigua qñ ha
buit notitiã ⁊ iterrogatio ſit certa ab eo debet reſpõſio declarari.
Et iſta dicta ſequũtur pceptores mei.d.Areti.⁊.d.Alexã.de imo.
in.l.ſi cui.§.ſi a filio.ff.de leg.j.vbi plura allegãt in pposito ↄ vnã
opi.Bar.ibi.Stãte ergo ſciẽtia.m.Antonij qualitercũq; φ illã
habuit talis gñalis liberatio extendit ad tale legatũ ſm Bar.⁊
alios in.l.q rome.§.duo fratres.in.iiij.⁊.viij.q.ff.de v.ob.¶Pre
terea ⁊ ſcdo rñdeo φ licet ſine iuramẽto nõ poſſit renũciari.d.l.de
his ſm doc.tamẽ cum iuramẽto bene poteſt renũciari ſm Ioã.
6 de imo.in repeti.c.cũ cõtingat.in vltima char.extra de iuretur.†
qr legib⁹ etiã phibitiue loquẽtibus põt cũ iuramento renuncia
ri ſm Io.and.i addi.ſpe.i tit.de iſtru.edi.§.porro.ad finẽ.⁊ Bal.
in.l.antique.in ſi.C.ad velleia.⁊ Bal.⁊ Ange.in.l.ſi qs p eo.in.iij.
⁊.iiij.q.ff.de fideiuſ.Sed tñ in caſu nr̃o dicit renũciaſſe cũ iuramẽ
to.igit ⁊c.Nã ſpecialiter renũciat qbuſdã.ll.bñficijs enumeratis
poſtea dicit ⁊ omni.ll.auxilio ⁊c.quo caſu vr̃ qbuſcũq; alijs auxi
lijs renunciatũ vt no.Barto.in auc.matri ⁊ auie.C.qñ muli.offi.
tute.fun.põt.⁊ Barto.in.l.ſi ſub conditione.ff.de teſtamẽ.tute.⁊
doc.in.l.ij.C.de reſcin.vẽdi.⁊ maxime qr iuramentũ interuenit in
dicta renũciatiõe.Nã ex quo liberatio ẽ generalis ⁊ põt include
re ẽt debita ex teſtõ.Iõ renũciatio cẽſet gñalis ⁊ iuramentũ opat
φ valeat eo mõ quo põt vt gñalis:⁊ cẽſet iurãs cogitare de oi re
medio quo talis renũciatio poſſet ipugnari.arg.l.cũ pr̃.§.filius
mr̃em.ff.de le.ij.⁊ p Ioã.an.i.c.ij.de pac.i.vj.⁊ Bar.i.l.ſciẽdũ.ff.de v.
obli.cũ ↄcor.ibi allegatis p.d.Alex.⁊ ita in terminis tȝ.d.Alexã.
in.d.§.duo fr̃es.ſup.vj.q.Bar.⁊ late in.d.conſi.xj.Et ſic hic caſus
differt a caſu liberatiõis facte p Alexan.m.Anto.qr ibi non fuit
gñalis:ita φ extẽderet ad oia debita vltra ſpecificata.Iteȝ ⁊ ibi
pactũ nõ fuit ẽt ſup incognitis.Vñ ibi agebat de extẽdendo con
ſenſum pp iuramentũ hic aũt de non reſtringẽdo.Vñ ſi põt vba
ſunt gñaliter intelligẽda ar.l.cũ pr̃.§.fili⁹ matrẽ.ff.de leg.ij.iũcta
l.j.§.⁊ gñaliter.ff.de leg.preſtã.Et ſic cõcludit φ Alexãder i caſu
recõuentionis ⁊ abſolutionis fouet iuſtitiam. Laus Deo.

¶Summarium.

☞An per illa vba in inſtõne poſita ⁊ oẽs ⁊ quoſcũq; alios filios naſcituros ex dicto teſtõre ⁊ quacũq; ei⁹ vxore icludant nepotes. Et qd p verba in ſubſtõne poſita ⁊ eos ⁊ quẽlibet eorũ ⁊ cuilibet eorum filios ⁊ deſcendentes maſculos legitimos ⁊ naturales.

1 Dictiones quoſcũq; geminare adiecta dictione alius alia aliud reſtringuntur ad ſimilia expreſſis.

2 Nominatio prima natorũ proprio nomine nõ includit nepotes nec nominatio filiorum naſciturorum.

cōdemnauit in quātitate pecunie ꝛ hāc opi. ſequit̃ ibi bal. domi.
Franciſ. de albergot. Ange. ꝛ cōiter Moder. hoc ſequitur domi.
Anto. in. c. niſi eſſent. de p̄bē. vbi eſt caſus. Nā ibi q̄ſtio erat tātū
de titulo bñficij ꝛ arbitratoris aſſignāt beneficiū vni quē tñ ꝯdē-
nant ad certos fructꝰ de quibus nō erat queſtio. Quinimo ang.
in. d. l. cū aquiliana. quē ſequit̃ elegans doctor. d. Joan. de monte
Sperello de Peruſio. vult ꝙ arbitrator poſſit cōdēnare ar. vnā
rem pro altera de qua erat queſtio ꝙ etiā tenet do. Ant. ꝛ. d. Ab.
in. c. quintauallis. de iureiur. ¶ Quinimo etiā ex ibi dictis poteſt
tolli ſecūda obiectio prime rationis ꝙ potuerint cōdēnare illos
qui nō includebant̃ in cōpromiſſo per tex. in. d. c. niſi eſſent. ꝛ hoc
pro bono pacis. Nā ibi probat̃ ꝙ poſſunt extēdere manꝰ arbitra
toris ad res tertie pſone nō icluſe in cōpromiſſo illo tertio ꝯſen-
tiente ſm Jo. de imo. ibi qđ dicit menti tenendū ꝛ de facili alibi
non reperiri. Jta dicamus in caſu noſtro ꝙ valuerit talis cōdēna
tio exiſtenti extra compromiſſum illo ꝯſentiēte. Et maxime ſicut
dicit̃ mihi talis condemnatio in dicta exēptione eſt de cōnexis ꝛ
dependētibus a compromiſſo ſm bal. ꝛ bart. de ſaly. in. l. neqꝫ de
ſcriptura. C. de cōpenſa. in vlti. q. Sed poſito ꝙ illud capitulū nō
valeret valēt tñ alia capitula ſeparata iuxta no. ꝑ gloſſ. in. l. papi-
nianus. §. ſi ex cauſa. ff. de mino. ꝛ in regula vtile ꝑ inutile cū ma-
teria extra de re. iur. ꝛ eſt caſus ꝛ ibi glo. ꝛ doc. in. c. cū tpe. de arbi.
ꝛ. d. c. niſi eſſent. de prebē. ꝛ not. glo. in. c. ſi quis ex pluribus. ij. q. vj.
ꝛ cōſuluit do. Abb. in conſi. lxiiij. in. j. volu. ꝛ hoc eſt clariſſimum.
Jdeo nō inſiſto. Et per iſta iudex nullo modo dꝫ laudum nullū
ꝓmittere. Et ſic eſt expedita ſcđa queſtio p̄cipalis. ¶ Circa ter-
tium articulum late cōſuluit do. Alex. de ſancto Uitali vñ breui
bus me abſoluam. Et in primis vltra reſpōſiones datas a ꝯſtit.
legat. rñdeo clare ꝙ iſta multū differūt. Nā aliud eſt ꝙ peti poſ-
ſit reductio ad arbitriū boni viri lꝫ ꝓmiſſum ſit nō petere redu-
ctionē ꝛ iuratū. Jtē ſi ſit renunciatū reductiōi cū iuramēto quo ca
ſu procedere poſſet allegatio conſtitutionis legat. que nō vult qđ
claudat̃ via petitionis reductionis propter iuramētū. Et ſic nō
vult ꝙ claudat̃ via ꝛ porta quominus reductio in iudiciū intro-
ducat̃. Et quominꝰ iudex poſſit cognoſcere an talis reductio ſit
concedenda. ꝛ aliud eſt an reductio ſit cōcedēda ſtantibus ꝓmiſ
ſionibꝰ partium de quibus in cōpromiſſo. ꝛ ſic an laudum ſit re-
ducendū ad arbitriū boni viri ſicut dicimus in ſimili ꝙ adhuc
vt iudex poſſit cognoſcere in libello ſufficit ſola narratio in libel
lo ſed ad hoc vt illa narratio tribuat iuriſdictionē reqrit̃ ꝙ illa
narratio ſit vera. vt in. l. cū q̄dā puella. §. quoties. cum ibi no. per
Paul. de caſt. ꝛ Moder. ff. de iuriſdi. omn. iud. ꝛ in. c. ſi iudex lai-
cus de foro compe. lib. vj. vult ergo conſtitutio ꝙ nō obſtātibꝰ q-
buſcūqꝫ renūciationibus ꝛ pactis etiā iuratis ꝙ petita reductio
audiat̃. Sed ſi talia ſunt ꝓmiſſa ꝛ laudata ſiue iurata ſiue nō ꝓ-
pter que reductionē non mereatur reductio non ſit cōcedēda vo
luit eñ cōſtitutio ꝙ tales renūci. appellationū ꝛ reductionū nō
īpedirēt ingreſſum litis ꝛ petitionis vt faueret officio appellātis
vt proba

vt ꝓbat ſtatutū in proemio qđ hoc clare exprimit ex quo ꝓemio
colligitur intētio conſtitutionis.l.regulam.ff.de iur.⁊ fac.igno.l.
fi.⁊ ibi not.ff.de here.inſtit.⁊ in.l.j.ff.ad macedo.Non autē voluit
cōſtitutio tollere ius queſitū parti ⁊ ꝓmiſſionibus iuratis:quia
in dubio hoc facere non creditur nec velle.ad hoc bene ſeruit gl.i
c.cū nō deceat de elec.lib.vj.⁊ in cle.dudū.§.pen.de ſepul.⁊ late.d.
Alexā.in cōſi.xxvij.in.j.vo.¶Ex quibus infero in propoſito qđ
cū cōpromittentes dederint plenam poteſtatem arbitratoribus
laudādi de facto ⁊ leuato velo.Item accipiendi de iure vniꝰ par
tis ⁊ dare alteri parti in parua magna ⁊ maxima quātitate.Itē
obſeruātiā laudi ⁊ non petere reduci ⁊c.lȝ reſpectu petitionis re
duc.non ſit clauſa porta tñ denegāda eſt reductio non per viā de
clinandi iudiciū reductionis ſed ꝑ viā perimēdi iudicium ſicut
dicimꝰ in exceptionibꝰ ꝓcuratoris que ſolent impedire litis in-
greſſuȝ iuxta no i.l.ſi fratris.C.de trāſact.⁊ in.c.j.de lit.cōte.in.vj.
licet nō poſſint opponi ex forma ſtatuti ad īpediēdū iudiciū poſ
6 ſent tñ opponi ad ꝑimēdum iudiciū.¶†Ita dico in caſu nr̄o lȝ
ꝓmiſſiones iurate non poſſint opponi ad īpediēdū iudiciū pñt
tamē opponi ad perimēdū.Et ꝑ cōſequens cū dederint poteſta-
tē ledēdi etiā in maxima quātitate ⁊ ꝓmiſerint ſtare laudo ⁊ nō
cōtrauenire lȝ ꝓbarēt ꝙ data fuiſſet maxima quātitas tenet̄ ſer-
uare ex quo pōt iuramētuȝ ſeruare ſine interitu ſalutis eterne:vt
in.c.cū cōtingat extra de iureiur.dummodo dolus malꝰ arbitra
7 toris abſit:† qȝ dolꝰ futurus remitti non pōt.l.ſi vnus.§.illud.ff.
de pac.ne det̄ materia delīquēdi.l.cōuenire.ff.de pac.do.Et ē ma-
gis cōis cōcluſio ꝙ qñ eſt data poteſtas cōcedēdi de iure vniꝰpar
tis alteri etiā in maxima quātitate ꝙ niſi ꝓbet̄ dolus arbitrato
ris tenet̄ ſtare laudo cuiꝰ obſeruātiā medio iuramēto promiſit.
Nec in dubio ex eo ꝙ de iure vniꝰ alteri dedit etiā ī maxima quā-
titate ꝑſumitur dolꝰ arbitratoris niſi ꝓbet̄.l.dolū.C.de dolo.⁊ qȝ
data fuit talis poteſtas ſcienti nō infert̄ dolus vt in regula ſciēti
de regu.iur.li.vj.cū materia.⁊ hāc opi.tenuit Hoſt.in.c.ad aures
de tem.ord.⁊ ita diſputādo tenuit Jo.calde.cuiꝰ diſputationem
refert ⁊ ſequit̄ Jo.an.in addi.ſpe.in tit.de arbi.§.fin.ver.Quid ſi
cōpromiſſum.⁊ hāc opi.in fortioribꝰ terminis tenuit Fede.de ſe-
nis in ſuo cōſi.ccxxv.⁊ in cōſi.ccxlj.⁊ hāc opi.qñ verba ſunt ita la-
te cōcepta tenet Ang.in ſua diſputatione que īcipit.Duo adin-
uicem litigantes.⁊ tenet do.Ant.in.c.quintauallis.i.vij.mēbro.
extra de iureiur.quē ſequuntur hoc caſu Jo.de imo.⁊ d.Abb.vñ
quatenꝰ data eſt poteſtas arbitratori tenet̄ ſtare laudo ſi hoc ꝓ-
miſit cū iuramēto niſi dolꝰ interuenerit.Et ita diſputādo tenuit
Ray.de for.vt refert Bal.in.l.pe.C.de arbi.⁊ Bal.dicit ꝙ nō au-
det recedere ab opi.dictorū diſputantium ⁊ Joā.an.ꝙ etiā ſi eſt
leſio ī magna q̄titate qs teneat̄ ſtare laudo:ſecus ſi enormiter le-
det̄ hoc vltimum dicit qȝ ex verbis etiā in magna quātitate nō vi
det̄ ꝯceſſa enormis leſio vnde etiā Bar.⁊ ſequaces non loquunt̄
qñ eſt data talis ampliſſima poteſtas.Nā ſuꝑ ea quātitate ſuper
qua eſt iuratū nō poſſant partes ꝯtrauenire prout etiā tenēt Ho
ſtien.⁊ Jo.an.in.d.c.quintauallis.⁊ ſequitur Bartho.de ſaly.in
d.l.pe.C.de arbi.Sequēdo Jo.cal.⁊ ſcđm iſtam partem cōſuluit
Barth.de ſaly.in ſuo cōſilio.ꝙ incipit.In nomine ſaluatoris in
qōne ⁊ cā predicta ⁊ tenet etiā opi.Joā.calde.Bartho.de ſaly.in
l.ſi ſocietatē.§.arbitroꝝ.ff.pro ſocio.in.xiij.q.¶Ex qbus conclu-
dit̄ ꝙ ex quo ſuper leſiōe etiā enormiſſima partes conceſſerint ar
bitratoribꝰ illā faciēdi ⁊ dandi vni parti de parte alterius in ma
xima quātitate ⁊ iuratū eſt de obſeruādo.† Nō debet reduci di-
ctū arbitramētum niſi dolus ꝓbetur arbitratoris.Et iſta eſt cō-
munis opi.a qua ī cōſulēdo ⁊ iudicādo nō eſt recedēdū.Et maxi
me in caſu noſtro ī quo eſt ſecuta emologatio ꝓcuratoris ⁊ ꝑtes
ꝓmiſerūt obſeruare ⁊ ſtare eius ratificationi ⁊ emologationi ꝓ-
pter quā dicit̄ res iudicata inter partes ſcđm Dy.⁊ Bart.in.l.j.ff.
de re iudic.Et debet executioni mādare:vt in.l.cū antea.C.de ar-
bi.Et maxime qȝ ī cōpromiſſo ē regula rato manēte pacto ⁊ iura
mēto vt ē caſus ī.c.ꝑ tuas.extra đ arb.vbi latiſſime per do.Abb.
in repe.ponit enim ꝓcurator ad hoc habēs ſpeciale mādatū emo
logare dūmodo nō oſtendatur eius dolus vel qđ iura liquida do
nauerit.l.nā ⁊ nocere.cū ibi no.ff.de pac.debet eniȝ vti bona fide
⁊ nō dolo emologare ſcđm bal.i.l.ſi.C.de ꝯhē.emp.niſi ergo oſtēdat̄
qđ iura erāt liqda vel qđ verſatus fuerit in dolo emologatio ꝑiu
dicauit cū in mandatis habuerit plenū ⁊ liberū mandatū appro
bandi omne laudū ꝑ eos ferendū in ꝓpoſito.Ex qbus in ꝓpoſi-
to etiā īfero qđ cōſtitutio legati nō loq̄t̄ qñ ſecuta eēt poſtea emo
logatio.vñ tanq̄ exorbitās nō dȝ ad hūc caſum extēdi.l.q̄ vo.ff.
de leg.⁊ i regula q̄ a iure cōi exorbitāt cū materia.de re.iur.in.vj.
¶Ex qbꝰ ꝯcludo ⁊ aliīs adductis ꝑ ꝑfatū do.Alex.ꝙ dictū lau
dū nō eſt reducibile vbi ꝓbat̄ dolus arbitratoꝝ.Sȝ dȝ executiōi
mādari ⁊ hec de tertia difficultate.¶Circa quartū ⁊ vltimū bre-
uiter ꝯcludo qđ dictꝰ dñs iudicās aditꝰ ī cāȝ reductiōis nō tene-
tur ſeq ſeu ꝓcedere more iudicioꝝ.ſȝ arbitratoris ī cuiꝰ locū ſub-
rogat̄.arg.d.l.ſi eū.§.q iniuriarū.ff.ſi qs cau.pȝ qȝ vt vir bonꝰ ar-
bitrari dȝ confirmādo primū ſi ei equū appareat vel corrigendo
in ea parte in qua modū excedent qđ quilibet bonus vir fuiſſet
arbitratus.Et ſic ſcđm poteſtatē prioribus arbitratoribus cōceſ-
ſam arbitrari pōt ⁊ recedere ⁊ nō ſcđm primeuam iuſtitiam ac ſi
nullū cōpromiſſum factū fuiſſet vt probat̄ in.d.§.arbitroꝝ.vbi
iſta ſunt no.verba Bartho.de ſaly.in.xix.q.Et ita diſputādo te-
nuit ſolēnis doctor do.Ruſticanus de Bon.cuiꝰ diſputationeȝ
refert ⁊ ſequit̄ Jo.and.in addi.ſpec.in tit.de appel.§.in qbus.vſ.
ꝙ ſi cōuenit.Et ita etiā tenet do.Cardi.floren.poſt aliū ſolēnem
9 doctorē cōſulēdo habent̄ cōſilia in cōſi.cxxxix.⁊ in ꝯſi.cxl.¶†Ex
quibus cōcludendo materiam dico in primis qđ ſi iudici cōſtat
prout rei veritas eſt qđ inſtātia ſit perempta dȝ ſe vno verbo ter
minare ⁊ pronunciare inſtantiam peremptā ⁊ partē in expenſis
cōdēnare iuxta.l.ꝓperādū.§.illo proculdubio.cū ibi no.per doc.
C.de iudi.Scđo ſi pur ſuadetur inſtantiā nō eſſe perēptā ⁊ iudi-
ci videatur laudū nullū qđ tñ dȝ videri aliquo modo vt ex ſupra
dictis patet:dȝ illud cōfirmare pro ea parte pro qua equū videt̄
iuxta no.in.l.ſi expreſſim.ff.de app.per Bar.⁊ alios ⁊ ꝑ Inno.et
alios in.c.dilecto.extra eo.titu.Tertio ſi videbitur laudū valere
prout videri dȝ pronūciare dȝ ſi non probet̄ dolus arbitratoris
attentis promiſſionibꝰ iuratis ⁊ emologa.reductionē cōcedēdā
non eſſe ratione alicuius leſionis.Quarto ſi videret̄ reduct. con-
cedēdā vel rōne doli arbitratoris vel alia rōne qđ tñ nō dȝ videri
niſi rōne doli arbitratoris tūc dȝ diligēter ſe informare de iuribꝰ
partium que exprimunt̄ late a dño Alex.in cōſil.ſuo ⁊ procedere
diligenter habendo informationes ⁊ inueſtigando veritatē mo-
re arbitratorum ⁊ iuxta poteſtatem primis arbitratoribus da-
tam ⁊ iudicare vt bonus vir iudicare debet. Laus Deo.

¶Summarium.

1 ¶Si ſtatutum diſponat qđ ſtantibus maſculis femine nō ſuc-
cedant an neptis ex filio excludatur a ſucceſſione.
2 Stante ſtatuto qđ extantibus filiīs maſculis filie femine nō ſuc-
cedant filia excludetur a nepote ex filio.
3 Correctio legū non dȝ induci ꝑ tacitos ⁊ ſubauditos intellectꝰ.
4 In materia correctoria ⁊ odioſa reſtringi debet inquātum fieri
poteſt vt ius commune non corrigatur.
5 Bona paraphernalia ſunt illa que mulier ꝓ vſu ſuo defert ad
domum viri.
6 Sarnimenta ſeu corredia que mulier dedit in dotem ſi apparēt
conſumpta vel deteriorata illa ſibi imputare debet ⁊ ſic illa accī
pere talia qualia ſunt.
7 Confeſſio ⁊ aſſertio iurata viri de donamentis alienatis ꝓbat
contra virum ⁊ eius heredes.
8 Mulier id quod habet in dotem ⁊ donamēta non eſt viri neq̄
re neq̄ ſpe:⁊ poteſt ad libitum diſponere.

¶Conſilium.cxxij.

¶Dñs labia mea aperiat ⁊ ſpūs ſanctus illuminet intellectus.

Circa primum cōſultatio-
nis articulum duo ſeu tria videbant̄ attento ſtatuto
1 Piſano difficultatē facere.¶†Primuȝ qȝ ſtatutum
qđ filiī maſculi ⁊ deſcēdentes maſculi ex filiīs maſculis admittā
tur ad ſucceſſionē qbus ceſſantibꝰ vult ꝙ filie femīe ⁊ deſcēdētes
ex eis equalr̄ ſuccedāt.Et ſic ꝑdictū ſtatutū hȝ duo capita.Unū
excluſiuū.ſ.filiaꝝ feminaꝝ ⁊ deſcēdētiū ex eis ex hoc capite nō ex-
cludit̄ neptis ex filio qȝ de illa ſtatutū nō loquit̄.l.ſi vero.§.de vi-
ro.ff.ſol.ma.l.qđ vo.ff.de legi.Aliud caput incluſiuū vel maſculo
rū ⁊ deſcēdētiū ex eis ⁊ ex hoc capite neptis ex filio vr̄ excludi qđ
vniꝰ īcluſio alioꝝ eſt excluſio.l.cū ꝑtor.ff.de iudi.l.maritꝰ.C.de ꝓ-
cur.⁊ ſic excludit̄ neptis ex filio ⁊ ita ī ſili qōne determinat Bar.
in.l.ij.§.vidēdū.ff.ad tertul.Iſta aūt ꝓbant̄ ī ſtatuto in vo.hoc tñ
diſtinguēdo ⁊ obſeruādo.¶Scđȝ qȝ nō alia rōne filiī maſculi ⁊
deſcēdētes maſculi excludūt feminas ⁊ deſcēdētes ex eis niſi vt cō
ſeruet̄ agnatio ⁊ familiarū dignitas vt plene probat Jo.and.re-
ferēdo diſputationē Jac.de are.in addi.ſpec.in rub.de ſucceſ.ab
inteſt.⁊ Bald.late in.l.maximū vitiū.C.de libe.prete.Sed iſta rō
militat ī nepte ex filio.Igitur etiā militare dȝ diſpoſitio ex quo
neptis ſaltē lato ſumpto vocabulo venit appellatiōe filiarū arg.
glo.in cle.j.in verbo eligatur.de elec.lib.j.⁊ in.c.j.de rerū permu.
lib.vj.⁊ glo.in cle.j.de rerū ꝑmu.⁊ per Bal.in.l.maximū vitium.
C.de lib.ꝑte.cū ſimi.Et hāc partē tenet do. Raph.fulg.i.l.venia.
C.de in ius voc.qȝ nō dȝ eſſe melioris conditionis neptis q̄ filia.
l.ſi viua matre.C.de bo.mater.¶Tertiū qȝ vt dicit do.Alexā.ſe-
quēdo opi.dñi Raph.adducit rōnē qđ aut neptis vult ex ſua ꝑ-
ſona ſuccedere ⁊ nō pōt qȝ filiꝰ eſt in primo gradu ipſa in ſecūdo.in
§.j.ff.de ſuis ⁊ legit.aut vult ſuccedere ex ꝑſona patris ⁊ nō videt̄
poſſe qȝ qualitas maſculini ſexus q̄ erat ī patre nō eſt in ea.ergo
non pōt preſentare ꝑſonā patris in terminis dicti ſtatuti.argu.
l.ſi.C.de natu.lib.⁊ hoc arg.in ſimili vtit̄ Bar.in vo.Quero pone
retento.⁊ in ver.ſequē.¶Quibus tñ nō obſtantibus ꝯtriā ſniam

veriorem eſſe exiſtimo ꝙ primo dicta neptis ex filio ī ſucceſſionē aut
nō excludaꝫ a patruis ſuis ⁊ ī primis de iure cōi hocē clariſſimū
qꝛ ſuccedit ſimul ex equalitate cū patruis ſuis ſicut pr̄ eius ſucce-
deret ita pbaꝫ in aut. ī ſucceſſiōe de ſuis ⁊ legit. ī aut. de here. q̄ ab
inteſt. §. j. Et iſti. de here. q̄ ab inte. §. cū filius. ¶ Secūdo ex forma
ſtatuti Piſani ſub rub. de ſucceſ. abīteſt. ēt oſtēditur in pᷓo rn̄ſo
vn̄ d̄t ī ſucceſſione ſemp prima cā ſit liberoꝝ. ⁊ ſi vlteriori gra-
du qs ſit ꝯſtitut⁹. qꝺ ſtatutū ī pri. ponit reg. q̄ īcludit ⁊ maſculos
⁊ femīas cū verbū liberoꝝ ſit termin⁹ cōis q de ꝓprietate īcludit
⁊ maſculos ⁊ femīas. l. liberoꝝ. ⁊ ibi Bar. ff. de ver. ſi. Et ſic ꝯcor-
dat ī pri. cū diſpōne iuris cōis de qua ī. d. aut. in ſucceſſiōe. ¶ Ter-
tio iſta cōcluſio ꝯfirmaꝫ qꝛ ſtatutū poſtq̄ poſuit regulā q̄ īcludit
liberos ⁊ maſculos ⁊ femīas excipit īmediate ī ver. Dūmō caſuꝫ
ꝙ qn̄ extāt filij maſculi vel deſcendētes ex eis maſculis filie femīe
deſcēdētes ex eis nō ſuccedāt. Que exceptio excludit tm̄ filias ⁊ ex
eis deſcēdētes nō aūt neptes ex filijs maſculis. Igitur non cēſenꝫ
excluſe ex duplici regl̄a. Pᷓa ē ꝙ exceptio firmat regulā ī nō exce-
ptuatis. vt tradit Bar. ī. l. j. ff. de re. iur. ēt Dy. ⁊ Pe. de anc. ī rub.
de re. iur. ī. vj. cū ſi. Scđa regulā eſt qꝛ ex quo ſumus ī materia cor-
rectoria correctio ī pᷓa pſona non dꝫ ad aliā extēdi. l. ſi vero. §. de
viro. ⁊ ibi late per Imo. ff. ſol. ma. ⁊ per bar. in. l. oēs populi ī ma
teria interpretatiōis extēſiue. ff. de iuſt. ⁊ iur. ⁊ maxime qꝛ caput ex
cluſiuū eſt odioſum iuxta not. p Bal. in. l. venia. C. de in ius vocā.
Igiꝫ reſtringi dꝫ ⁊ nō extēdi. l. cū qdā. ff. de lib. ⁊ poſth. Et in re-
gula odia cū materia. de reg. iur. in. vj. cū ſimi. ¶ Quarto ſtatutū
hꝫ caput incluſiuū maſculoꝝ ⁊ excluſiuū feminarū in capite īclu
ſiuo eſt odioſuꝫ ſm̄ Bal. ī. l. venia. C. de in ius vocā. ꝓpter qꝺ bal.
2 ibi decidit. q. noſtrē in terminis dicēs ꝙ † ſtāte ſtatuto ꝙ extātib⁹
filijs maſculis filie femine nō ſuccedāt filia excludeꝫ a nepote ex fi
lio qꝛ ī hoc ſtatutū eſt fauorabile ſꝫ a filio nō excludiꝫ neptis ex fi
lio qꝛ ſtatutū in hoc capite eſt odioſuꝫ. Vn̄ lꝫ in pᷓo capite appel
latiōe filij veniat nepos ex filio ī ſcđo nō venit neptis ex filio. ⁊ ita
videꝫ ſingulariter trāſire Pau. de ca. ⁊ illā decisionē refert ⁊ ſeq-
tur Pet. de anch. in repe. c. canonū. de ꝯſti. in ver. his igiꝫ quinqꝫ
membris. Et maxime qꝛ iſta filia repreſentat patrē qui ſuccederet
Et pſertī in ſtatuto noſtro vt ſtatī3 diceꝫ. ¶ Quinto ꝓbaꝫ ex for
ma eiuſdē ſtatuti in ver. ⁊ liberi. ī quo ſtatutū diſponit ꝙ liberi cu
iuſcūqꝫ ſex⁹ loco ſuoꝝ parētū defunctoꝝ vel defunctaꝝ ſuccedāt
auo. ⁊ ſic vult ꝙ in ſucceſſiōe liberi ſubrogenꝫ in locū parētū. ſi er
go neptis ex filio ſubrogaꝫ ī locū patris ſeqꝫ ꝙ ſicut pater equa-
liter ſuccedebat. ita ⁊ neptis ex quo ſubrogaꝫ ſape dꝫ naturā ei⁹
in cui⁹ locū ſubrogaꝫ. l. ſi eū. §. q iniuriarū. ff. ſi quis caut. ⁊ in. l. j.
§. hec actio. ⁊ ibi bar. ff. ſi qs teſtō liber eſſe iuſſus fuerit ⁊ in ſpē in
materia ꝓpria Bart. late ī. l. ſi. §. j. ff. de ſuis ⁊ legiti. ¶ Cōfirmanꝫ
premiſſa nā ꝓpter iſtā rōnē dubitat Bar. in. l. liberoꝝ. ff. de v̄. ſig.
an ſtāte dicto ſtatuto neptis ex filio excludebat filiā lꝫ demū rō-
ne de qua ibi p eū decidit ꝙ nō. Et p p̄dicta tolliꝫ ar. d. Ale. qꝛ ſta
tutū vult ꝙ liberi cuiuſcūqꝫ ſex⁹ loco ſuoꝝ parētū defunctoꝝ vel
defunctarū ſuccedāt auo. vn̄ notādū ꝙ liberi cuiuſcūq̄ ſex⁹ ſucce
dāt loco parētū defunctoꝝ. ⁊ ſic femīe loco patris ī ſucceſſiōe aui
qꝛ ad v̄itatē determinatiue defunctoꝝ vel defunctarū ſufficit vi
ficari alterā partē. l. ſi heredi plures. ff. de ꝯdi. inſti. ⁊ in. l. ſi is qui
ducēta. §. vtrū. ff. de reb. dub. ⁊ ſic ſtatutū p̄dictū voluit tollere diffi
cultatē Bar. de qua in. d. l. liberoꝝ. ¶ Sexto eadē opi. cōfirmaꝫ qꝛ
in correctorijs nō dꝫ fieri extēſio de pſona ad pſonā ēt ex idētita-
te ratiōis: vt voluit gl. in aut. quas actiones. C. de ſac. ſanc. eccle. ⁊
3 in. l. illā. ⁊ ibi Moder. C. de colla. † qm̄ p tacitos ⁊ ſubauditos in-
tellect⁹ nō dꝫ induci. ll. correctio vt eſt glo. no. in. c. cupiētes. §. qꝺ
ſi per. xx. de elec. lib. vj. Et eſt glo. quā ibi ad hoc pōderat Fulg. in
l. vt liberis. C. de colla. Igiꝫ nō dꝫ fieri extēſio de filia ⁊ deſcēdenti-
bus ex ea ad neptē deſcēdētē ex filio ex qbus talijs ſtatim dicēdis
dico ꝙ neptis ex filio nō eſt excluſa. ¶ Nō obſtat primū qꝛ vt īqt
Bal. ī. l. illā. C. de colla. talis incluſio nō eſt ſimplex ſꝫ correſpecti-
ua ad excluſionē filiarū ⁊ deſcēdētiū ex eis ⁊ ſequiꝫ Pe. de anc. in
repe. c. j. de ꝯſti. ī verſic. vlterius quero. Vel ſcđo ⁊ melius dico qꝺ
tunc incluſio vni⁹ eſt excluſio oīum. ſ. ꝯiunctoꝝ mediāte perſona
excluſa. ⁊ ita loquiꝫ Bart. ī. d. §. videndū. ⁊ Io. and. in addi. ſpec.
in rub. de ſucceſ. abinteſt. ⁊ bar. ī. l. liberoꝝ. ff. de v̄. ſi. cū ꝯcor. alleg.
p do. Alex. in. d. l. illā. nō aūt reſpectu aliarū perſonarū non ꝯiū-
ctarū mediāte perſona excluſa ita declarāt Pau. de ca. Moder.
in. d. l. illā. Vn̄ videmus ꝙ excluſa nūc admiſſis agnatis ex capite
incluſiuo agnatoꝝ nō excludiꝫ ſoror. Et ita tenuit collegiū peru
ſinuꝫ ꝙ refert ⁊ ſequiꝫ Pet. de anc. in repe. d. c. ad ſi. in ver. ꝙ inci-
pit. Inter ꝯſilia q̄ habeo ⁊c. ⁊ idē ꝯſuluit Io. de imo. put refert ⁊
ſeqꝫ do. Alex. ī. d. l. illā faciūt q̄ dicit Ang. ī ſuo ꝯſ. cclxxxviij. inci.
Statuto bononiēſi. Vn̄ bal. ī. l. ꝙ vo vult ꝙ excluſa amita nō cen
ſeaꝫ excluſa matertera faciūt no. p Bart. ī. l. ſi defunct⁹. ⁊ in. l. ſi. C.
de ſuis ⁊ legit. ¶ Vltertio dicam⁹ ꝙ ī caſu noſtro nō cadit dicta
ꝯſideratio qm̄ ſtatutū pᷓo admittit liberos cuiuſcūqꝫ grad⁹ de-
mū ab hac regl̄a excludit filias ⁊ deſcēdētes ex eis. Igiꝫ iſta neptis
ex filio excludit filias ſicut fili⁹ tū qꝛ in nō exceptuatis remanet re
gula firma ⁊ rōne ſubrogaꝫ. ¶ Nō ob. ſcđa rō in ꝯᷓriū allegata qꝛ
rn̄deꝫ. Primo qꝺ illud ꝓcederet duob⁹ cōcurrētibus. Primo ꝙ
4 caſus ad quē ſit extēſio īcludaꝫ late ſumpto vocabulo. † Scđo ꝙ
ſit rō expſſa ī ſtatuto qꝺ ſcđꝫ deficit vn̄ in materia odioſa ⁊ corre
ctiua reſtringi dꝫ inq̄tū fieri pōt vt ius cōe nō corrigaꝫ. arg. eius
qꝺ habeꝫ in. c. cū dilectus. de cōſue. Et ita tꝫ Io. de imo. in. l. ſi vo.
§. de viro in ſimili qōne. Et ī fortiorib⁹ terminis in vlt. col. ff. ſol.
ma. ¶ Vel ſcđo dicamus qꝺ minor eſt rō in nepte ex filio q̄ ī filia
Igiꝫ nō dꝫ fieri extēſio iuxta no. p gl. ī cle. ij. de eta. ⁊ quali. ptꝫ mi-
noritas rōnis qꝛ filia ſubrogaꝫ loco pr̄is. Et d̄ iure cōi ⁊ ex forma
ſtatutoꝝ ꝓpter quā rōnem neptis ex filio diciꝫ habere pluſculū
iuris qꝺ ptꝫ qꝛ bar. dubitat an ab ea filia excludaꝫ qꝺ vr̄ velle ſta
tutū in ver. ⁊ liberi ibi hꝫ iam dictū modū vt ſupra dixi niſi ſtatu
tū vlterius ꝓcederet ī alio v̄. ſequēti. qꝺ ēt ptꝫ ex alio ſtatuto ſub
ru. De eo qꝺ pater filijs iuſſe. vbi in cōputatiōe legitime cōputaꝫ
neptis ex filio cui debeꝫ ⁊ tn̄ nō cōputaꝫ filia vt ibi habetur: facit
etiā ſtatutum ſub rub. de legitima fili. in v̄. cēteri etiā filij vbi vult
qꝺ neptis ex filio percipit eā legitimā q̄ patri debebatur cū licen
tia de qua ibi vn̄ de filia ad neptē ex filio in qua eſt minor ratio ex
cluſionis ⁊ maior incluſionis nō dꝫ fieri extēſio iuxta no. ī. d. cle. ij.
de eta. ⁊ q̄li. ⁊ hec de prima difficultate. ¶ Circa ſcđam difficul-
tatē q̄ cōſiſtit ſup intellectu ſtatuti poſiti ſub rub. De garnimen-
tis tota dubitatio inſurgit qꝛ apud legū doc. nō habem⁹ iſta vo
cabula garnimēta ⁊ corredia nec de cōi vſu loquēdi cōſtat aliqd
clare qꝛ iuxta illud fienda eſſet īterpretatio. l. liberoꝝ. §. qꝺ tn̄ caſ-
5 ſius. ff. de ſupel. lega. † Reperio eñ tn̄ qꝺ text. in. l. ſi ego. §. dotis q
loquiꝫ de his rebus que mulier ꝓ vſu ſuo defert ad domum viri:
quas tex. appellat bona parafernalia. ⁊ dicit ꝙ galli appellāt pe
culiū: reperio etiam ꝙ Bald. in. l. de his. C. de dona. inter virū ⁊
vxo. no. illū tex. ꝙ arredia que vxor defert ad domū viri reſtituūꝫ
mulieri ſolu. matri. quatenus reperiuntur nō ꝯſumpta de corre-
dijs etiā facit mentionē do. Alex. preceptor meus in. l. cū in teſta-
mento. ff. de aur. ⁊ argē. leg. Et allegādo Petr. de peruſio vult ꝙ
corredia dari poſſunt ab vxore viro ⁊ ecōtra a viro vxori. Nec pu
to differentiam eſſe inter arredia ⁊ corredia. De qbus ſtatutū loq
tur poſitū ſub rub. De guarnimētis q̄ autē ſint talia corredia de
quibus ſtatutū loquiꝫ vr̄ hoc ſtatutū ſatis ſeipſum declarare in
ver. Duntamen mulier dum ponit ea que ſunt ⁊ ad vſum ⁊ orna
mentū mulieris. Sed nō vr̄ ꝯcordare cū iure cōi qꝛ ſtatutū loquiꝫ
etiā de corredijs q̄ danꝫ in dotē: vt pꝫ ī ſi. dicti ſtatuti. de iure aūt
cōi nō appellanꝫ corredia: ſed aut danꝫ ineſtimata. ⁊ tūc dicunꝫ
dotalia. l. in rebus. C. de iure do. aut eſtimata. ⁊ tūc aut eſtimatio
facit emptionē ⁊ pecunie cēſenꝫ eſſe in dote aut nō ⁊ dicuntur do
talia iuxta no. in. l. quoꝝ. ⁊ in. l. ſi inter virū. C. de iure do. Ampli⁹
etiā ē aduertēdū ꝙ verbū guarnimēta nec reperio ī iure nec a do
ctorib⁹ poſitū. Sꝫ q̄tuꝫ ex dicto ſtatuto percipi poſſunt guarni-
mēta vxoris ⁊ corredia ſunt ſynonyma ⁊ ſunt illa q̄ ſunt ad vſuꝫ
⁊ ornatū mulieris de quibus in dicto ſtatuto in ver. dū tn̄ mulier
hoc premiſſuꝫ ꝓbaꝫ qꝛ Rubrica dicit ſimplr̄ de guarnimētis ⁊ ī
nigro permiſſore ſit mētio de guarnimētis ⁊ corredijs. arg. ei⁹ qꝺ
habeꝫ in. l. Imperatores. ff. de in diē addi. ⁊. l. ij. ff. de ſtatu homi.
⁊ ei⁹ qꝺ no. gl. in verbo titulis. ī ꝓemio. vj. li. ¶ Cōfirmaꝫ hoc idē
in v̄. ⁊ ſi poſtea vbi guarnimēta renouata a viro vel de nouo fctā
appellat corredia. Et ſic hꝫ illa ꝓ eiſdē. nec dici pōt ꝙ corredia vi
denꝫ eſſe illa que renouāꝫ a viro ſed ornamēta q̄ portanꝫ ab vxo
re ad vſum ſuum. Nā hoc tollit ſtatutū in ſi. dū loquitur de corre
dijs datis ab vxore viro in dotē. Preterea ſtatutū in pri. in v̄bo.
Et ſi poſtea ⁊ ſequēti vult ꝙ corredia que extāt vl̄ alienata debeā
tur vl̄ iuxta eſtimationē oīum guarnimētoꝝ. ſi extāt vel iuxta eſti
mationem duoꝝ parentum guarnimētoꝝ. ſi maritus iurauit ſe
alienaſſe ⁊ tn̄ qn̄ extabāt tp̄e mortis nec cōſtabat de eſtimatione
correrdioꝝ datoꝝ ī dotē. Et ſic videꝫ duo īferri. Pᷓo ꝙ corredia
⁊ guarnimēta ſunt idē. Scđo ꝙ guarnimēta ſunt corredia q̄ vxor
dat in dotē. ¶ Ex qb⁹ inferꝫ ꝯcluſio ꝙ dn̄a Pippa habuit ī do-
tē florenos. cccc. ī poſitis. cc. ī corredijs ſeu in guarnimētis. Quib⁹
pmiſſis ex ſtatuto de guarnimētis elicio infraſcriptas cōcluſiōes
3 † prima ſit in princ. ꝙ mulier guarnimēta ſeu corredia que dedit
in dotē ſi apparēt ꝯſumpta vel deteriorata illa ſibi imputare dꝫ.
⁊ ſic illa accipere talia qualia ſunt. Et ita ī libro cōis reperio ſum
marium valde antiquū differt tn̄ ſtatutū in hoc a iure cōi qꝛ ſi dā
tur in dotem eſtimata debeꝫ eſtimatio. l. quoꝝ. C. de iure do. ꝯcor-
daret aūt cū iure cōi qn̄ nō eſſent data in dotē. vt in. l. de his. ⁊ ibi
Bal. C. de dona. īter virū ⁊ vxo. Et hoc forte diſpoſuit ſtatutū qꝛ
voluit heredes viri vel virū teneri ad ea que in cōi vſu ſunt ꝯſum
pta. ¶ Scđa ꝯcluſio eſt ī v̄. Et ſi poſteā: qꝛ ſi talia guarnimēta ſeu
corredia ſint renouata a viro ſimilia vl̄ diſſimilia illa ſibi dꝫ īpu-
tare vſqꝫ ī quātitate eſtimatiōis guarnimētoꝝ ſeu corredioꝝ da
toꝝ ī dotē: vn̄ qn̄ appet corredia renouata voluit ſtatutū ꝙ vſqꝫ
ad quātitatē eſtimatiōis traditoꝝ ī dotē mulieꝝ retinere poſſit.

¶Tertia ꝯcluſio in ver.dñ tñ mulierũ eſt ꝙ mulier nõ põt hr̃e
corredia ſeu guarnimẽta vltra ꝙ̃ ibi exprimat̃ ſup filiũ remane-
re dʒ i domo viri hoc idẽ ptʒ ex forma ſtatuti ſub rub.de exac.do.
in ṽ.ſʒ ⁊ qd de corredíjs ex quo capitulo colligit̃ ꝙ loquit̃ de cor
redijs datis in dotẽ ꝓut ſupra dicebã. ¶Quarta ꝯcluſio i ṽſi.ad
dimꝰ ẽt eſt ꝙ ſi guarnimẽta vel corredia nõ extãt lʒ vir iurauit ſe
alienaſſe credita eiꝰ iuramẽto vſqꝫ ad q̃titatẽ duarũ partiũ eſti-
mationis eiꝰ ꝙ habuit i guarnimẽtis ⁊ ſic i corredíjs ſeu guarni
mentis datis i dotẽ de qbꝰ loquitur in ſi.⁊ hoc qñ eſt cõtẽtio ſiue
cũ creditoribꝰ ſiue cũ viro ſeu cũ eiꝰ heredibꝰ qñ eſt iuratũ ſi vero
maritꝰ ſine iuramẽto cõfitet̃ creditori vſqꝫ in medietatẽ ⁊ hoc qñ
cũ eo vel eiꝰ heredibꝰ ꝯtẽdit̃. ¶Quinta cõcluſio in ver.ſtatuimꝰ
eſt ꝙ ſi guarnimẽta ſiue corredia extãt tpe mortis tũc dñt eſtima-
ri ab eſtimatoribꝰ cauſe p̄ſentibꝰ duobꝰ cõſanguineis. ¶Sexta
vltima cõcluſio ſit ꝙ qñ ornamẽta ſeu corredia extabãt tpe mor-
tis ⁊ nõ fuerũt eſtimata i dubio p̄ſumunt̃ fuiſſe meditatẽ eſtima
tionis corredoꝝ datoꝝ i dotẽ ex quo vltimo capitulo colligit̃ qđ
corredia ſeu guarnimẽta iuxta q̃ fieri dʒ eſtimatio corredorũ ſeu
guarnimẽtorũ ſunt illa q̃ dant̃ i dotẽ:vt pʒ in hoc vltimo capitu
lo ꝑ quẽ declarant̃ capitula p̄cedẽtia.l.q filiabꝰ i pñ.⁊ l.l.ſi ſeruus
pluriũ.i ſi.ff.de leg.j.⁊ optime ꝓbat̃ in.l.vtrũ.⁊ ibi Ange.ff.de pe-
ti.here.ampliꝰ ẽt ꝑmitto ꝙ ſi corredia ⁊ guarnimẽta ſunt idẽ et
ſunt ſynonyma ſequit̃ ꝙ cũ Frãciſcꝰ maritꝰ fatet̃ ſe alienaſſe me
dio iuř d̃ donamẽtis corredíjs ⁊ guarnimẽtis illa ṽba corredíjs
⁊ guarnimẽtis idẽ ſignificãt.⁊ ſic cẽſet̃ poſita copula ⁊ ĩter dona-
mẽta ⁊ corredia ſeu guarnimẽta ⁊ ꝑ ꝯñs iurat ſe ꝓ dimidia alie-
naſſe de corredíjs ſeu guarnimẽtis ⁊ ꝓ dimidia de donamẽtis.l.
reos.§.cũ in tabulis.ff.de duobꝰ reis.⁊ in.l.j.C.ſi plures vna ſñia.
cũ ſi. ¶Ex qbꝰ ĩfero p̄rio qđ ex.cccc.florenis de auro largis faten
tur ſe recepiſſe dimidiã pro donamẽtis ⁊ dimidiã pro corredíjs ⁊
guarnimẽtis. ¶Scđo ĩfero ꝙ reſpectu corredoꝝ ⁊ guarnimẽtoꝝ
attẽta forma ſtatuti ſtãdũ eſt iuramẽto viri vſqꝫ in duas partes
eſtimatiõis corredoꝝ datoꝝ in dotẽ vt i.d.ver.addimꝰ.⁊ ſic cũ cor
redia data fuerit eſtimatiõis.cc.florenoꝝ auri ſtat̃ iuř viri i quã
titatẽ.cxxxiij.cũ dimidio q̃ ſunt due tertie partes ex tribꝰ faciẽti
bus totũ nec dicat aliqs ꝙ loquit̃ de duabꝰ ptibus.cxxij.iuxta.l.
interdũ.ff.de here.inſti.⁊ ibi no.qꝛ ſequeret̃ ꝙ plus crederet̃ viro
ſine iuramẽto ꝙ̃ cũ iuramẽto ſtet̃ vſqꝫ ad dimidiã eſtimationem
corredorũ.igit̃ loquit̃ de duabꝰ partibꝰ quarũ tres totũ ꝯficiũt.
7 ¶†Tertio etiã cõcludo ꝙ cõfeſſio ⁊ aſſertio iurata viri de dona
mẽtis alienatis ꝓbat ꝯ̃ virũ ⁊ eius heredes qꝛ lʒ ſit cõfeſſio iter ꝑ-
ſonas ⁊ ſic nõ videat̃ ꝓbare iuxta no.ꝑ Bart.ꝑ illũ tex.in.l.cũ qs
decedẽs.§.titia.ff.de leg.iij.⁊ in.l.q teſtiũ.ff.de ꝓba.tñ in caſu nr̃o
talis cõfeſſio ꝓbat qꝛ tũc cõfeſſio iter ꝑſonas ſuſpectas nõ ꝓbat
niſi cũ ꝯfeſſione cõcurrãt veriſimiles cõiecture ita voluit elegan
ter Bal.i cõfeſſione iter virũ ⁊ vxorẽ i rub.C.de priui.ſʒ i caſu nr̃o
ſunt veriſimiles cõiecture.igit̃ ⁊c.vna cõiectura eſt qꝛ in cõfeſſiõe
nõ dr̃ ſimplr̃ ꝙ donamẽta alienauit ⁊c.ſed enumerant̃ q̃ res fue-
rint alienate ⁊ cui nominando noĩa ⁊ loca.⁊ pro q̃titate ſingula
ter vñ nõ eſt veriſĩle ꝙ in oĩbꝰ inſtr̃m fuerit ſimulatũ vel ſuſpectũ
cũ tãtis expreſſionibꝰ.arg.eiꝰ ꝙ notabiliter voluit Bar.de pluri-
bus ſcriptis appoſitis in ſcriptura ꝑuata i aut.⁊ ſi ꝯctus.C.de ſi
de inſtru.⁊ eius ꝙ habet̃ in aut.ſʒ iã neceſſe.C.de dona.ante nup.
alia cõiectura eſt qꝛ in ſtatuto ſub rub.de exact.dotis ſit mẽtio de
iſtis donamẽtis i pluribꝰ ⁊ hñ ex ſtatutis habet̃ mẽtio iſtorũ do-
namẽtorũ ⁊ ſic appet ꝙ iſta donamẽta ſiebãt ⁊ ſiũt ꝙ deducere ⁊
ꝓbare erit vtile ⁊ ſic p̄ſumunt̃ facta donamẽta arguẽdo a cõiter
accidẽtibus iuxta.l.neqꝫ natales.⁊ ibi glo.C.de ꝓba. ¶Alia etiã
eſt cõiectura que ſumit̃ ex ſtatuto ſub rubri.quid mariti ex morte
vxoris ſine pacto lucrant̃ in quo primo habet̃ ꝙ maritus lucrat̃
dimidiã dotis ⁊ donamẽtorũ.ſecus in ver.antecedẽti:vbi vult ꝙ
annuli ſponſalitíj in totũ reſtituant̃ heredi vxoris ex quo ſtatuto
ptʒ p̄mo donamẽta vltra annulos ſpõſalitios ſiebãt alicuiꝰ eſti
matiõis.⁊ ita bonũ erit deducere ⁊ ꝓbare. ¶Scđo ptʒ ꝙ viro p̄-
moriẽte mulier primo hʒ annulos ſpõſalitios.ſcđo donamenta
facta a viro.tertio facta a ꝯſanguineis ſuis iuxta no.in.l.ſʒ ſi plu
res.§.interrogato.ff.de vulg.⁊ pupil.⁊ attenta quãtitate dotis ⁊
qualitate ꝑſonaꝝ veriſimile eſt ꝙ habuerit donamẽta.cc.ducato
rũ auri ⁊ multo maioris eſtimationis vñ illi ꝯfeſſiõi ſtandũ eſt ⁊
maxime hoc confirmat̃ ex pluribus. Primo qꝛ idẽ bis cõfitet̃ in
eodem inſtr̃o ꝑ ea que notãt pleriqꝫ doc.in.l.in ꝯctibꝰ.§.illis ſecu
ritatibus.C.de nõ nu.pec. ¶Scđo qꝛ iuramentuʒ eſt exceptioni
nõ habitarũ rerũ ⁊ nõ habiti pretíj.⁊ lapſa ſunt tẽpora ad oppo
nendũ omnẽ exceptionẽ non habitarũ rerũ ⁊ pretíj iuxta no.per
Bar.in.l.aſſiduis.C.q pot.in pig.habe. ¶Tertio qꝛ maritꝰ bis
iurauit rera eſſe ⁊c.⁊ ſic tale iuramẽtũ vr̃ vera receptio.probare ⁊
venditio.iuxta not.ꝑ Bartho.de Salyce.in.l.ſi.C.de non nume.
pecu.⁊ per Jmo.in.l.nemo poteſt.ff.de lega.j.cum ſimili.⁊ maxi-
me quia fuit ꝯfeſſio geminata ⁊ iurata que magis probat iuxta
no.per.Bar.in.l.ſcimus.C.de agri.⁊ cẽſi.lib.xj.⁊ per Ludo.roma.
in.l.ſi vero.§.de viro.in fallentia ꝓpter geminationẽ.ff.ſolu.mat.
¶Quarto qꝛ cõfeſſiones ⁊ ꝓmiſſio facta eſt in inſtrumẽto gua-
rẽtigiato ꝙ hʒ executionẽ ſicut ſñia ex forma ſtatutoꝝ ⁊ ſic ꝓbat
ẽt inter ꝑſonas ſuſpectas qꝛ habet̃ ꝓ veritate ſm Bal.ſingu.i.d.
rub.C.de priui.do.arg.l.res iudicata.ff.de reg.iur.⁊ loquit̃ etiam
cõſtãte m̃rimonio vt ex ṽbis ſuis p̄cedentibꝰ apte cõſtat ex qbꝰ ẽt
improbabiliter dici põt ꝙ ẽt alienatio corredoꝝ ⁊ guarnimẽtoꝝ
in totũ ꝓhibeat̃ qꝛ i eis ⁊ veriſimilibꝰ rõnes ſupra aſſignate mili
tãt igit̃ militare dʒ diſpõ ꝯnimo nõ iprobabilr̃ ꝯcludi põt ꝙ qua
tenꝰ ex dicta cõfeſſiõe reſultaret donatio:talis donatio cẽſet̃ mor
te cõfirmata iuxta not.in.l.dona.C.de dona.inter virũ ⁊ vxo.⁊ in
l.ij.C.de dot.cau.nõ nu. ¶Nec ob.ſtatutũ ſub rubri.de his q̃ a vi-
ro in vxorẽ dant̃.in ver.vt nec ẽt ſimplices donatiões vbi diſponi
tur ꝙ ſimplex dõatio iter viuos nõ ꝯfirmat̃ morte qm̃ ad hoc rñ
deo ꝙ dictũ ſtatutũ eſt correctoriũ iuris cõis.corrigit enĩ ea q̃ ha-
bent̃ in.d.l.donationes.⁊ i.d.l.ij.C.de dote cau.nõ nu.igit̃ reſtrin-
gi dʒ inquãtũ fieri põt vt minus corrigat̃ ius cõe.c.cũ dilectus.ex
tra de cõſue.cũ ergo loquat̃ inſtr̃m de cõfeſſione donamẽtorũ alie
natoꝝ ⁊ corrediũ ſed dicimꝰ ꝙ maritꝰ voluit facere ſimplicẽ do-
nationẽ hoc nõ ꝯſtat ex inſtr̃o cui in dubio ſtãdũ eſt:vt in.l.cũ p̄-
cibꝰ.C.de ꝓba.vñ hoc nõ põt dici niſi ꝑ viã p̄ſumptiõis ſit p̄ſum
pta donatio ⁊ nõ vera ergo ſtatutũ ꝙ eſt correctoriũ q̃tenus vult
ꝙ ſimplex donatio nõ ꝯfirmat̃ locũ hʒ in vera donatione ⁊ non
p̄ſumpta ita dicit Bar.poſt Gul.in.l.exorbitãti.⁊ in.l.iuris gen.
§.quinimo.ff.de pac.ad ſi.⁊ eſt caſus in.l.ſeruũ filíj.in fin.ff.de lega.j.
ſcđm qđ illũ tex.intelligit Bar.in.l.j.eo.ti.⁊ ꝓbat̃ ex notatis per
Jmol.in.l.ſi aliquã rẽ.ff.de acq.poſ.fortiꝰ idẽ dicẽdũ eſt in.l.corre
ctoria q̃ magis dʒ reſtringi:vt ptʒ ex late notatis ꝑ Jo.de imo.in
in.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſol.ma.ex qbꝰ etiã nõ improbabiliter con-
cludi ꝙ tota eſtimatio corredorũ ⁊ ornamẽtorũ debebat̃ domine
Pippe. ¶Capio tertiã difficultatẽ q̃ vertit̃ circa intellectũ ſtatu
ti ſub rub.qualiter mulieribꝰ ꝑmiſſum eſt alienare ꝓ cuius decla
ratione eſt aduertẽdũ ꝙ ſtatutũ p̄dictũ hʒ duas partes. Jn p̄ma
parte diſponit qualr̃ mulier inter viuos poſſit alienare ⁊ ſic tra
ctat de prima parte ſub rub.q̃ dicit qualiter mulieribꝰ ꝑmiſſum
eſt alienare vſqꝫ ad verſi.tpe vero mortis vbi eſt ſcđa pars in qua
tractat̃ qualr̃ mulier poſſit in vltima voluntate relinquere. ⁊ ſic
de ſcđa parte rubrice dũ dicit in vltima volũtate relinquere qua
re cũ ſimus in donatione inter viuos et ſic in alienatione inter vi
uos ſumus in prima parte ſtatuti in qua conſidero i muliere ma
iore.xxv.anno.ꝑut eſt iſta de qua agimꝰ ꝙ aliqñ ⁊ primo mulier
nõ habet virũ neqꝫ filios:⁊ tũc totũ qđ habet põt alienare ratio
eſt qꝛ alienat bona propria nulli alteri debita actu vel ſpe:⁊ in re
ſua qlibet eſſe debet moderator ⁊ arbiter.l.in re mãdata.C.man-
da.l.nemo externus.C.de iudeis.cũ ſimi. ¶Aliqñ ⁊ ſecũdo mulier
hʒ virũ ⁊ nõ liberos:⁊ tũc põt totũ ꝙ hʒ alienare p̄ter dotẽ ⁊ do
8 namẽta.†Et rõ eſt qꝛ id ꝙ hʒ in dotẽ ⁊ donamẽta nõ eſt viri neqꝫ
re neqꝫ ſpe.igit̃ dʒ poſſe mulier ad libitũ diſponere.d.l.in re man
data.⁊ ꝑ Bar.in.l.ſi qs in.§.differẽtia.ff.de acq.poſ.cũ ſi.ideo au-
tem noluit dotẽ ⁊ donamẽta poſſe alienare qꝛ dos eſt mariti.l.do
te ancillã.C.de rei vendi.⁊ dʒ oneribus matrimonij deſeruire do-
nec viuit.l.ſi is qui ſtichũ.§.vbi dos.ff.de do.itẽ ꝓhibet donamẽ-
ta qꝛ maritꝰ lucrari dʒ dimidia vt ptʒ in ſtatuto ꝙ mariti ex mor
te vxoris ⁊c.⁊ rõ qꝛ qñ dos ⁊ donamẽta veniũt reſtituenda etiaʒ
de illis mulier diſponere põt vt ptʒ in ſecũda parte dicti ſtatuti.
¶Aliqñ ⁊ tertio mulier habet liberos ſine viro ⁊ tũc pro medie-
tate.⁊ ſic poteſt medietatẽ omniũ bonorũ alienare nec excipiunt̃
dos ⁊ donamẽta. ¶Aliqñ ⁊ quarto mulier habet virũ ⁊ liberos
⁊ tũc exceptis dotibꝰ ⁊ donamẽtis quartã partẽ poteſt alienare
oĩa iſta ꝓbant̃ in.d.ſtatuto in prin. ¶Ex qbꝰ ptʒ qđ ſupra i ter-
tio caſu qꝛ habebat liberos ⁊ non virũ ⁊ dicit ꝙ dimidiã vñ ſtat
difficultas nunqd in iſta parte ſit conceſſum mulieri alienare di
midiã bonorũ ſimplr̃ an cũ iſta exceptio.p̄ter dotẽ ⁊ donamenta
in qua difficultate videbat̃ in p̄ia facie dicendũ ꝙ illa verba pre
ter dotẽ ⁊ donamẽta q̃ qualificãt duos caſus cẽſeant̃ qualificare
oẽs alios caſus poſitos in eadẽ oratione arg.eius qđ habet̃ in.l.
doli verbũ.vbi Bar.ff.de ſer.corrup.⁊ ꝑ Bar.in.l.ſeie.§.ſeio.ff.de
fun.inſtru. ¶Sed hoc nõ obſtãte cõtrariũ eſt verius indubitan
ter.ſ.ꝙ põt alienare dimidiã bonorũ ſine illa exceptione p̄ter do
tem ⁊ donamẽta iſta concluſio probat̃ multipliciter ⁊ primo nã
qđ mulier exiſtẽtibꝰ liberis de bonis ſuis diſponere nõ poſſit eſt
odioſum ⁊ cõtra diſpoſitionẽ iuris cõis.l.nõ vſqꝫ adeo.ff.ſi quis
a pa.fu.ma.⁊ late tradit Petr.de anch.in ſuo conſi.cclxxxj.inci-
pit.ante determinationẽ ⁊c.igit̃ intelligi debet vt quanto minus
fieri poteſt deuieta diſpoſitione iuris cõis vulgato.c.cum dilecti
de conſuetu.ſi minus deuiabit a diſpoſitione iuris ſi poterit diſ-
ponere de dimidia bonorũ ſine illa exceptione igit̃ ⁊c. ¶Secun-
do qꝛ ſtatutũ ſimpliciter loquit̃ de medietate bonorum nec in di
cto capite excipit dotẽ ⁊ donamenta igitur ſimpliciter debet in-
telligi.l.j.§.⁊ generaliter.ff.de lega.p̄ſtã. ¶Tertio qꝛ per ſaltim

interpretationẽ ſtatuti operaꝛ vltra ius cõe cũ de iure cõi poſſet
donare duas tertias partes omniũ bonoꝝ vt ptꝫ ꝑ totũ.C.de in
offi.dona.igitur intelligi dꝫ ſine dicta exceptione qꝛ magis tũc re
ducunꝛ ad diſpoſitionẽ iuris cõis.arg.eius ꝙ no.in gl.in.c.ſtatu
tũ.in verbo numerandũ.de preben.in.vj.⁊ eius qd habetur in.l.ſi
vnus.§.pactũ.in ver.q̃ i ſpecie dotis.ff.de pac.¶Quarto qꝛ quã
uis oĩa capitula dicti ſtatuti in prin.regulẽtur ab eodẽ verbo in
eadẽ oratiõe tñ iſta exceptio q̃ reſpicit iuris diſpoſitionẽ appoſi
ta in duobus capitulis nõ cẽſetur in alijs repetita in eadẽ orõne
qꝛ eſſet ꝯ iuris cõis diſpoſitionẽ caſus eſt in.l.vxori.§.j.ff.de le.iij.
per quem hoc voluit Bar.in.l.pretor.§.criticꝫ.ff.vi bono.rap.naꝫ
Bar.ſimpliciter dicit ꝙ dicta in vno capitulo nõ cenſenꝛ in alio
repetita qñ ſunt ꝯ iuris cõis.diſpõnẽ nec diſtinguit an i eadẽ ora
tione vel nõ igiꝛ vtroqꝫ caſu intelligi dꝫ.d.l.j.§.⁊ gñaliter.qd etiã
oſtẽdiꝛ ex duobus ita Bar.voluiſſe nã in caſu p̃cedẽti qñ tractat
de his q̃ ptinẽt ad facti narrationẽ Bar.facit differentiã an capi
tuli ſint in eadẽ oratione ⁊ regãꝛ ab eodẽ verbo vel in diuerſa vt
ibi ꝑ eũ ſꝫ qñ deinũ immediate tractat de his q̃ ptinent ad iuris
diſpoſitionẽ ſimpliciter dicit ꝙ ea q̃ ſunt ꝯ ius cõe nõ cẽſenꝛ repe
tita igiꝛ hoc vult indiſtincte alias diſtinxiſſet put in caſu p̃cedẽ
ti:argu.l.vnice.§.ſinantẽ.ad deficiẽtis.C.de cadu.tol.¶Preterea
Bar.allegat duas leges ad ꝓbandũ concluſionẽ ſuã videlicet tex.
in.d.l.vxor.§.j.q̃ hoc ꝓbat qñ plura capitula ſunt in eadẽ orõne.
⁊ tex.in.l.talis ſcriptura.in ſi.q̃ ꝓbat in diuerſis orationibus vn
de intelligẽdo Bar.ſm iura q̃ allegat tenet idẽ vtroqꝫ caſu ⁊ aĺs
vidi dubitari ſup intellectu dictoꝝ Bar.ibi ex qua rõne tollitur
fundamẽtũ in ꝯriũ allegatũ.¶Quinto eadẽ ꝯcluſio cõfirmatur
qꝛ ſi voluiſſet opponere illã exceptionẽ qñ extant filij ⁊ non vir ſi
cut qñ extat vir vtiqꝫ expſſiſſent.ar.l.vnice.§.ſinaũt ad deficiẽtis.
C.de cadu.tol.c.ad audientiã.extra de deci.¶Sexto qꝛ qñ nõ hꝫ
virũ neqꝫ liberos quo caſu pmittiꝛ alienatio in totuꝫ nemo dice
ret ꝙ intelligi deberet exceptio p̃ter dotẽ ⁊ donamẽta qꝛ nulla rõ
ꝓhibitiõis alienatiõis aſſignari põt ⁊ eſt hoc odioſuꝫ arg.l.illõ.
ff.ad.l.acql.⁊.d.l.nõ vſqꝫ adeo.qua ergo rõne tũc totũ ita ẽt qñ
vult ꝙ exiſtẽtibus liberis dimidiã ſimpliciter qꝛ nõ eſt ratio qua
re ſi dicta exceptio nõ qualificat caſum qñ nõ hꝫ neqꝫ virũ neqꝫ fi
lios q̃re debẽt qualificare qñ hꝫ liberos tm̃ ⁊ ſi diceres hoc ope
rari dꝫ fauor liberoꝝ rñdeo ꝙ fauor eoꝝ operaꝛ ꝙ tm̃ dimidiam
alienare poſſit q̃bus nõ exiſtẽtibꝰ põt totũ.¶Septimo qꝛ cõſtat
ꝙ tm̃ ſuperexiſtẽtes viri operanꝛ ꝙ nõ poſſit alienare dotẽ ⁊ do
namẽta vt ptꝫ qñ hꝫ tm̃ virũ vel liberos ⁊ virũ qñ aũt virũ nõ hꝫ
in duobꝰ caſibꝰ nõ fit dicta exceptio hoc ẽt clare patet qꝛ qñ alie
natio fit in vltima volũtate de qua loquiꝛ ſtatutuꝫ in ſcda parte
ibi tp̃e vo mortis ⁊c.ex quo ꝯfirmatur alienatio in tẽpore ſoluti
matrimonij ſtatutũ permittit ꝓ aliqua parte ẽt alienationis do.
⁊ qñ tp̃e mortis mulieris nõ ſupereſt maritus ſꝫ liberos habeat
adhuc omniũ bonoꝝ maiorẽ pmittit alienationẽ.ex quibus daꝛ
intelligi ꝙ ſola exiſtẽtia viri eſt illa q̃ impedit alienationẽ dotis ⁊
donamẽtorũ declarantur em̃ p̃cedentia ꝑ ſeqñtia ⁊ ecõtra.l.qui
filiabus.⁊.l.ſi ſeruus pluriũ.in ſi.ff.de leg.j.cũ vulgaribꝰ ex q̃bus
indubitãter cõcludo ꝙ dicta dña Pippa potuit dimidiã oĩum
bonorũ inter viuos dõare ſue nepti qua habita virtute donatio
nis neptis pro quarta parte cum aliȷ̃s ſuccedit. Laus deo.
Bar.Soci.⁊c.

¶Summarium.

☞Quando relictum eſt fideicõmiſſum de bonis que relinquunꝛ
tempore mortis an alienata computentur in quartam.
1 Appellatione alienationis venit alienatio in vltima volũtate.
2 Virtꝰ termini ad quẽ fit ꝯparatio trãſfundiꝛ i terminũ ꝯparatũ.
3 Teſtator poteſt concedere heredi poteſtatem alienandi ⁊ ſubuer
tendi fideicommiſſum.
4 Res qñ eſt ſubiecta reſtitutioni dicitur prohibita alienari.

¶Conſilium.cxxiij.

¶Dñs labia mea aperiat ⁊ ſpũs ſctũs illuminet intellectum.

VIſo conſilio inſignis do
ctoris do.Bartholomei de raynerijs ⁊ ſubſcriptiõe p̃
ſtãtiſſimi iuriſcõ.dñi Baglionis de peruſio ſup teſtõ
ſer Ludouici ſer Nicolai q̃o plene in quolibet dubio ſcriptũ eſt
in paucis me abſoluã ⁊ ſup p̃ria difficultate nõ ſcribo qm̃ plene
ſcriptũ eſt ꝙ bona habita ex fideicõmiſſo iniũcto fr̃i nõ iputanꝛ
in legitimã ſꝫ illa fuerint alienata vt aĺs ſcripſi i hac cã vñ ſniam
ꝯſultoꝝ approbo ⁊ cõfirmo ſup ſcdo dubio ſi ſimpĺr fuiſſet facta
ſubſtitutio in eo ꝙ tp̃e mortis ſupeſſet i hẽditate tunc.q.oĩno ho
die fuiſſet reſeruãda.vt i aut.ꝯ rogatus.C.ad trebel.⁊ in corpore
vnde ſumiꝛ ſed difficultas fuiſſet in alienata ꝑ viã legatoꝝ vel vl
time volũtatis gñaliter veniret in reſtitutiõe qꝛ ſupſunt tp̃e mor
tis grauati in qua Bal.in aut.ꝯ rogatꝰ.tenuit ꝙ quaſi alienata
nõ veniũt in reſtitutiõe ſi quarta nõ eſt diminuta ⁊ ſm hãc opi
nionẽ ꝯſuluit.d.Alex.in cõſi.xiiij.in primo volu.⁊ ſꝫ do.Rapha.
cuma.⁊ do.Alex.in.l.titiꝰ.ff.ad trebel.voluit qd ꝓ alienatione in
vltima volũtate non minuiꝛ fideicõmiſſum qꝛ tũc bona tp̃e mor
tis dicuntur ſupeſſe.item per tex.in aut.nunc autem.C.de ſecun.
nup.pro quorũ opinione bñ facit tex.in.d.l.titius.vbi diciꝛ ꝙ me
dio tẽpore alienata ⁊ diminuta non veniũt in reſti.fideicom.⁊ ſic
loquiꝛ de alienatiõe facta in vita ſꝫ aũt teſtamẽtũ fiat in vita nõ
diciꝛ qs diſponere in vita ſed poſt mortẽ vt plene declarat Bar.
in ſuo cõſi.lxxvij.incip.pater filio emãcipato.ſed ꝓ opiniõe Bal.
facit tex.in aut.de reſti.vnde ſumiꝛ.d.aut.contra rogatus.vbi re
ferendo ſe ad dictũ Papiniani de quo in.d.l.titius.diciꝛ qd per
mittebat alienationem dũmodo nõ ſubuertẽdi fideicõmiſſum.
1 ¶†Appellatione autẽ alienationis venit etiã alienatio in vlti
ma volũtate.l.ſi qs pretoris.§.certũ.C.de ſecũ.nupt.⁊ ſi dicamus
illa lex venit ad interpretationẽ.l.titiꝰ.igiꝛ dicta in ea cenſentur
repetita in.l.interpretãde nihil.⁊ ibi Bar.ff.de coniung.cũ emã.
lib.dici põt qd Jmo.in.d.l.titius declaraꝛ ꝑ.d.tex.in.d.aut.de re
ſti.qd loquatur de alienatione ſimpliciter ⁊ dum tex.dicit medio
tempore alienatum vel diminutũ intelligo ſcilicet medio tp̃e an
te tp̃s reſtitutionis fideicõmiſſi qd eſt poſt mortem ſed tunc res
diciꝛ alienata ꝑ viã inſti.vel legati ⁊ nõ diciꝛ ſupereſſe in heredi
tate q̃ venit reſtituẽda.¶Cõfirmaꝛ iſta opinio per eundẽ tex.in
d.aut.de reſti.dũ diciꝛ ꝙ non põt minuere niſi vſqꝫ ad tres quar
tas reſeruata quarta ⁊ ſic concediꝛ generaliter poteſtas minuen
di fideicõmiſſum igiꝛ gñaliter dꝫ intelligi.l.j.§.⁊ gñaliter.ff.de le.
p̃ſtan.dicit ẽt tex.etiã donationibꝰ vti aliquibꝰ notãdũ qd diciꝛ
donationibus nã includunꝛ donatio cã mortis.l.alienatũ.§.j.
ff.de ver.ſigni.que habẽt vim legatorũ.l.in donatione.C.ad legeꝫ
falci.itẽ legata qꝛ legatũ eſt donatio.l.legatũ.ff.de lega.ij.⁊ addiꝛ
verbũ aliquis ꝙ eſt vniuerſale.vt not.glo.in cle.j.de foro compe.
¶Preterea in eodẽ tex.melius probaꝛ dũ vult qd reſeruetur.q.⁊
ſubditur alijs oĩbus in eius poſitis poteſtate ⁊ licẽtiam habere
cũ his ſicut volũt vti queadmodũ perfectis dñis ꝯpetit ⁊c.vnde
notãdũ primo ꝙ tres quarte cõmittunꝛ poteſtati heredis graua
ti ſimpliciter igiꝛ poteſt de illis diſponere.l.in re mãdata.C.man
da.¶Scdo ꝙ poſſit illis vti ſicut voluerit ſignificat liberã volũ
tatẽ ⁊ nõ regulatã.l.ſi ſic.ff.de lega.j.⁊ per Bar.in extrauagãti ad
reprimẽdũ in verbo videbitur igiꝛ habebit liberas habenas diſ
ponẽdi ẽt in vltima volũtate.¶Tertio fortiꝰ dicit queadmodũ
perfectis dñis cõpetit:ſꝫ perfectis dominis competit etiam pote
ſtas diſponẽdi etiã in vltima voluntate igitur ⁊ illis heredibus
2 grauatis †qꝛ virtus termini ad quẽ fit cõparatio trãſfundiꝛ i ter
minũ ꝯparatũ vt per Bart.in.l.j.ff.de lega.¶Poſtremo in illo
tex.ad recuperationẽ quarte alienate cõcediꝛ actio in rẽ:itẽ hypo
thecaria cõtra emptores aut aliter accipiẽtes notãdũ verbũ aut
aliter accipiẽtes qꝛ icludit etiã accipiẽtes ꝑ viã vltime volũtatis
generaliter intelligẽdo iuxta.l.de pretio.ff.de publi.⁊ ſic illa bene
clare probat qd permittitur diminutio fideicõmiſſi vſqꝫ ad tres
quartas etiã ꝑ viã vltime volũtatis.¶Nõ obſtat ratio ꝙ dicunꝛ
ſupereſſe tẽpore mortis qꝛ nõ dicuntur ſupereſſe ex quo ſunt alie
nata hoc eſt deuentũ eſt ad titulum alienationis licet adhuc nõ
ſit dñium trãſlatũ nam immediate poſt mortẽ trãſferꝛ dñium.l.
heres quãqꝫ.ff.de acq.here.l.ſi tibi hõ.§.tã ſeruus.ff.de lega.j.vnde
tẽpore quo fideicõmiſſum venit reſtituendũ nõ dicunꝛ ſupereſſe
ex quo veniunt in aliũ trãſferendũ a pari em̃ vꝛ p̃cedere qd ſit
facta alienatio vel ſit peruentũ ad actũ ex quo ſequi poſſit aliena
tio ad hoc glo.in.l.ſi ita qs.§.ea lege.ff.de verbo.obli. Jteꝫ ſi tres
eſſent vendite ⁊ nõ tradite quis dubitat ꝙ viderenꝛ alienare i ter
minis noſtris ſꝫ nõ eſſet dñiũ trãſlatũ vt probat text.in.d.aut.de
reſti.in verbo donationibꝰ hodie donatio ſolo cõſenſu ꝑficiatur
vt inſti.de dona.§.ꝑficiunꝛ.nec iura dicũt ꝙ oĩa que ſunt in dñio
grauati tp̃e mortis veniãt reſtituenda ſed ea que nõ ſunt diminu
ta vel alienata.vt in.d.aut.de reſti.ſꝫ per heredis inſti.diciꝛ facta
alienatio igiꝛ ⁊c.Jtem ex quo eſt permiſſa alienatio ſicut pfectis
dñis diciꝛ alienatũ ꝑ heredis inſtitutionẽ.l.ſi qs prioribꝰ.§.certũ
C.de ſecun.nup.¶Ex quibus concludiꝛ qd in terminis.d.aut.ꝯ
rogatus.põt grauationẽ fideicõmiſſi minuere vſqꝫ ad tres quar
tas ẽt per viã vltime volũtatis text.autem in.d.aut.nunc autem.
potiꝰ facit ꝓ iſta opi.vt ſtatim diceꝛ.ſicut ergo qñ tacite a teſtato
re permittiꝛ alienatio vſqꝫ ad tres quartas ſcdm terminos antẽ.
cõtra rogatus.C.ad trebel.põt fieri alienatio in vltima volũtate.
ita ⁊ fortius poteſt in totũ fieri alienatio in vltima voluntate.qñ
expreſſe datur poteſtas alienandi a teſtatore prout in caſu noſtro
3 †põt em̃ teſtator concedere heredi poteſtatẽ alienandi ⁊ ſubuer
tendi fideicõmiſſum ex quo põt nõ fideicõmittere.l.ſi fundũ.ꝑ ſi
fideicõmiſſum.in.ſi.ff.de leg.i.⁊ in.l.in conditionibus primũ locũ
ff.de condi.⁊ demon.item ſi pro parte vt in.d.aut.de reſt.igitur ⁊
in totum.l.que de tota.ff.de rei vend.ſi ergo teſtator concedit po
teſtatẽ alienandi prout in caſu noſtro poteſt grauatus in totum
alienare nec aliqua lex dicit contrarium in caſu noſtro ⁊ poteſtas
dicitur libera conceſſa:vt in.d.aut.de reſtitutio.⁊ ibi Angelus.

¶Confirmatur

¶Cõfirmaṫ iſta opinio per text.in.d.l.titius.nam ſcdm cõem lecturã pmiſſa ẽt tacite alienatione de ꝓprietate ſermonis poterat heres in totũ alienare dũmodo nõ in fraudẽ lʒ enim tm̃ inter viuos eſſet permiſſa inter viuos in totũ fieri poterat ꝗ poteſtas eſt hodie reſtricta in fauorẽ fideicõmiſſarij:vt in.d.aut.contra rogatus.ꝛ per Cuma.ꝛ.d.Alexã.in.d.l.titius.in caſu autem noſtro in quo a teſtatore eſt expreſſe permiſſa in totuʒ fieri poteſt nec debet talis permiſſio reſtringi ad actum alienatiõis inter viuos:ſed intelligi ẽt in vltima volũtate quoniã primo caſu permiſſio alienationis induciṫ per illa verba ꝙ reſtituatur illud qd̃ ſupereſt tempore mortis ꝙ aũt nõ eſt in vita alienatũ tꝑe mortis dr̃ ſupereſſe ꝛ iſta eſt rõ.d.l.titi⁹.ſʒ in caſu nr̃o eſt exꝑſſa ꝛ gñaliter pmiſſa alienatio igiṫ dicit cõceſſa per viã vltime volũtatis vt ꝓbaṫ in.d.l.ſi qs prioris.§.certũ.ꝛ tenẽt ſimpliciter Bar.ꝛ doc.in.d.l.ſi ita quis §.ea lege.ff.de ver.ob.nõ ob.ꝙ in caſu noſtro teſtator dixit qd̃ teſtator diſponit ꝙ in diſpoſitiõe predicta veniant ea que tꝑe mortis reperirenṫ ꝛ ſic videṫ ꝙ voluerit ꝙ nõ poſſet fieri alienatio niſi vſqȝ ad tres quartas iuxta.d.aut.ꝯ rogatus.vt inter viuos iuxta no.in.d.l.titius.quoniam ad hoc reſpondeo tribus modis.

